RARE BOOK RESERVE

alcove 13 PA3851.A2 1698

No. ~~2975.11~~

THE TRVSTEES OF THE PVBLIC LIBRARY
LVX
OMNIVM CIVIVM
OF THE CITY OF BOSTON
1852 : 1878

BOSTON PUBLIC LIBRARY

7/12/07

REQUEST FORM

- **MATERIALS ARE FOR USE IN THE LIBRARY ONLY.**
- KEEP THIS FORM WITH THE MATERIAL.
- RETURN BOTH TO DESK.
- USE A SEPARATE REQUEST FORM FOR EACH TITLE.

PA 3851.A2
1698

TITLE

DATE OF MAGAZINE, NEWSPAPER, ETC.

VOLUME	MONTH	DAY	YEAR

YOUR METRO—BOSTON LIBRARY NETWORK CARD NUMBER

2

YOUR NAME

CITY OR TOWN
AND ZIP CODE

REPLY (FOR STAFF USE)

☐ NOT ON SHELF

NUMBER OF ITEMS ______

BD
for
dig lab

☐ ITEM LOCATED IN ______

STAFF MEMBER'S INITIALS DATE
Form no. 1483rev89

BOSTON PUBLIC LIBRARY
3 9999 05190 817 4

RARE BKS
PA3851
.A2
1698

BPL1RB
39999051908174
Aesop's fables.
Fabularum Aesopicarum
delectus.

M. Burg delin. et sculpt. Univers. Oxon.

FABULARUM
Æsopicarum
DELECTUS.



OXONIÆ,

E THEATRO SHELDONIANO,

An. Dom. MDCXCVIII.

Excudebat JOHAN. CROKE.

BOSTON PUBLIC LIBR.
2945.71
1698

RB PA3851.A2 1698

B.H.

July 13, 1893

B.

HONORATISSIMO JUVENI
DOMINO
JACOBO SCUDAMORE
VICECOMITI
SCUDAMORE
De SLEGO.

AUGUSTA pubes! ô perantiquæ Domûs
Spes ſumma! ſurgens SCUDAMOREORUM decus!
Accipe benignus, accipe Æſopi ſales,
Quos Crœſus olim, quos amabant Cæſares:
Quos dum Tibi audax defero; liceat mihi,
Æſopi ad inſtar, hanc referre Fabulam.

ALAUDA dum per arva, per ſegetes volat,
Diuque ſecum animo volutat anxia,
Cui molle carmen, cui daret liquidum melos;
Ad vada Cayſtri properat, & amœnâ parat
Mulcere Olorem ſuavitate carminis:
At ille, cur me provocas cantu tuo,
Cui cantilena mortis eſt prænuncia?
Ergo avolans Alauda per ſylvas iter
Radit; & opacâ in fronde Luſciniam videns,
Placidos canorâ voce modulatur ſonos:
Sed illa nimis intenta ſolitis queſtubus,
Ploranſque ſublatum nece immaturâ Ityn
Singultat Eheu! flebilique murmure
Contriſtat omne nemus, & æternùm dolet.
Eluſa rurſum Alauda, ſeſe in æthera
Niſu frequenti tollit, & vaga nubium
Tractus pererrat: mox Avem prænobilem
Hinc inde quæritanti, in aſpectum venit
Generoſus Aquilæ filius; qui lumine
Defixus immoto igneum Solis jubar
Ardeſcit intuendo, & expleri nequit:

Hunc

Hunc conſpicatam, & ſic locutam accepimus;
En! ille noſtro dignior modulamine!
Grandia juvat moliri, in audaces juvat
Aſſurgere modos, ingenîque viribus
Certare ſummis, ſpiritumque effundere.
Spernant Olores, ludicrum ſpernat melos
Luſcinia; numeros Ille ſi modò reſpicit.
Haud Milvus, haud me eviſcerabit unguibus
Vultur tremendis: me teget, me fortior
Defendet Ales; tela qui jam ſuſtinet
Phœbi, Tonantis mox futurus Armiger.

Dignitatis Tuæ

Cultor humillimus

A. ALSOP.

Præfatio.

SCIO *extitisse nonnullos qui acerrimè contenderent, has quæ vulgò circumferuntur* Æsopi *Fabulas, ab* Æsopo *illo* Fabularum Philosopho *non fuisse conscriptas: quod nuperrimè fecisse audio* Richardum *quendam* Bentleium *Virum in volvendis Lexicis satis diligentem. Mihi vero non tam Autoris nomen quàm Libri materiam & utilitatem expendenti, exhibere sufficit Fabellas si non ab* Æsopo, *ad illius saltem mentem & normam compositas, quas proinde* Æsopicas *inscripsi. Earum quas nunc edo Quis fuerit Autor, inquirendum iis relinquo quibus pluris est Scriptorem scire, quàm ex Scripto proficere.*

Neque vero de Fabulis dubitari mirum est cum Æsopus *Autor sit in incerto.* Phryx *an* Samius *an* Thrax *fuerit per Scriptores Classicos ambigere licet: quid* Planudes Monachus *ad sui similes scripserit, non moramur. De Parentibus Ejus minus constat quam de Autore Fabularum; Hos nè* Planudes *quidem per otii sui diligentiam invenit. Serviisse* Æsopum, *credimus* Herodoto, *cui credidit* Plinius; *fuisse etiam* Rhodopidis *meretricis conservum;* Xantho *an* Iadmoni *servierit an utrique, fueritne* Xanthus *ille Philosophus, & cujus Sectæ, disceptandum aliis relinquimus: horum enim siqua sit celebritas, non est illa virtutibus ipsorum propriis, sed servi sui famæ tribuenda. Si ut pleris-*

que placet Pisistrato *coævus fuerit regnante* Crœso, *interesse potuit* Sapientum convivio, *sicut interfuisse eum narrat* Plutarchus. *Indignâ morte periisse plerique consentiunt; datum enim, postquam falsò esset accusatus, de rupe* Phædriâ *præcipitem; ejusque mortem ex* Oraculi *sententiâ expiatam. Posita est illi Statua à* Lysippo *ex ære ducta; ita* Æsopum *finxit idem ille, à quo solo se fingi voluit* Alexander. *De* Æsopi *genere & vitâ præter hæc paucissima nihil fide dignum reperi: plura proculdubio & meliora collegit Illustris Ille* Diophanti Editor; *quem in* Æsopi *vitam inquirere non dedignatum accepimus: quòd si extaret* Æsopus *à tàm eximio artifice depictus, decantata illa* Lysippi *statua non desideraretur.*

Restat ut in hâc editione quid sit præstitum, Lectori breviter exponam. Primùm tibi, Lector, exhibeo Fabularum *non congeriem sed* Delectum; *quarum de Autoribus sicut antè dixi, non sum sollicitus, si quà* Æsopum *referunt, satis habeo. In* Græcis *insignem illam & pulcherrimam* Roberti Stephani *editionem, necnon* Westmonasteriensem & Ætonensem *consului; præsertim verò* Neveletum *tantâ fide sum secutus, ut interdum fortassè Criticis materiam præbuerim: etiam quæ minùs probavi, sine codicum autoritate mutare non volui. Eo autem usus sum* Neveleto *qui cum* MS *Codice* Vossiano & *duobus item* MSS Bibliothecæ Bodleianæ *antè esset collatus. Talem mihi ultrò obtulit Reverendus Vir* Josephus Gellius *qui Ecclesiæ suæ* Hungerfordensi *ita invigilat, ut & bonis unà literis inserviat & prosit plurimum.* Hebraicæ *ex impresso Codice* Bodleiano *sunt descriptæ: Qui eas transtulit, ibidem dicitur* Jesopito; *quod fictumne fuerit an verum nomen nescio; scient fortè* Judæi *cùm illorum venerit*

Messias,

Meſſias. *In* Arabicis *ſecutus ſum* Erpenium; *qui* Locmani *Fabulas edidit Oriente toto celeberrimas. Qui cum* Arabibus *ſentit*, Locmanum *ſine* Sapientis *cognomine nunquam nominabit; credet etiam fuiße* Davidi Hebræorum Regi *coætaneum. Quin &* Locmanum *narrant* Arabes *non eodem tantùm fuiſſe ingenio, ſed & eâdem conditione, eodem quoque corporis habitu, quo Græci nugatores* Æſopum.

Verſionem metricam quod attinet: quaſcunque Fabulas tranſtuliſſent Horatius, Phædrus, *aut* Faernus, *prætermittere nefas duxi. Ignoſcet mihi Lector ſi in* Avieni & Tanaquilli Fabri *verſionibus, quæ interdum curta eſſent ſupplere, quæque caudam traherent, amputare, minimè dubitaverim. In transferendis Fabulis quas hi Autores prætierierant, partem aliquam juventutis meæ collocâſſe, cùm ſenex* Socrates *idem fecerit, laudi duco. Quis cujuſque verſionis Autor fuerit, niſi quod valdè metuo ex ſtylo ſatis innoteſcat, ex* Indice *cognoſci poteſt.*

Denique vulgata illa Ἐπιμύθια *quæ hiſce Fabulis ineptiſſimè ſubjici ſolent, datâ operâ rejeci. Neque enim inter libros convenit, quod ſit cuique tribuendum: nihilque magis à Fabulæ Genio alienum eſt, quàm præcepto uni & ſoli inſervire. Plura igitur Documenta ex unâ eâdemque Fabulâ ſæpè colligit* Phædrus: *atque illa vel nolenti inſerere opus videbatur; neque enim dubitare licuit utrùm iſta eſſent* Phædri, *cùm certiſſimè conſtaret cætera non fuiſſe* Æſopi.

TESTIMONIA

De VITA & FABULIS

ÆSOPI.

Plato Alcib. I.

ΑΛΛ᾽ ἀτεχνῶς κατὰ τὸν Αἰσώπου μῦθον, ὃν ἡ ἀλώπηξ πρὸς τὸν λέοντα εἶπε, καὶ τοῦ εἰς Λακεδαίμονα νομίσματος, εἰσιόντα μὲν τὰ ἴχνη τὰ ἐκεῖσε τετραμμένα δῆλα, ἐξιόντος δὲ οὐδαμῆ ἄν τις ἴδοι.

Aristot. Meteor. lib. 2. *cap.* 3.

Αἴσωπος ἐμυθολόγησεν, ὡς δὶς μὲν ἡ χάρυβδις ἀναῤῥοφήσασα, τὸ μὲν πρῶτον τὰ ὄρη ἐποίησε φανερὰ, τὸ δὲ δεύτερον τὰς νήσους, τὸ δὲ τελευταῖον ῥοφήσασα, ξηρὰ ποιήσει πάντα.

Idem. Rhet. lib. 2. *cap.* 21.

Αἴσωπος δὲ ἐν Σάμῳ συνηγορῶν δημαγωγῷ κρινομένῳ περὶ θανάτου, ἔφη, Ἀλώπεκα διαβαίνουσαν ποταμὸν, &c. Vide Fab. 122.

Euripid. Alcest.

Μάτην ἄρ᾽ οἱ γέροντες εὔχονται θανεῖν,
Γῆρας ψέγοντες καὶ μακρὸν χρόνον βίου·
Ἢν δ᾽ ἐγγὺς ἔλθῃ θάνατος, οὐδεὶς βούλεται
Θνήσκειν· τὸ γῆρας δ᾽ οὐκ ἔτ᾽ ἔσ᾽ αὐτοῖς βαρύ. Vid. Fab. 8.

Eurip. Schol. ad Medeam.

Λέων γὰρ ἰδὼν λέοντα ὑπὸ ἀνδρὸς ἀγχόμενον ἐν γραφῇ, εἶπεν, καὶ ἡμεῖς εἰ ᾔδειμεν γράφειν ἢ πλάσσειν· ἔμπαλιν ἂν οἱ ἄνθρωποι ἀγχόμενοι ὑπὸ λεόντων. Vide Fab. 140.

Ari-

TESTIMONIA.

Ariſtoph. in Veſpis.

Αἴσωπον ἀπὸ δείπνου βαδίζονθ᾽ ἑσπέρας,
Θρασεῖα καὶ μεθύση τις ὑλακτεῖ κύων.
Κἄπειτ᾽ ἐκεῖνος εἶπεν, ὦ κύον, κύον·
Εἰ νὴ Δί᾽ ἀντὶ τῆς κακῆς γλώττης ποθὲν
Πυροὺς πρίαιο, σωφρονεῖν ἄν μοι δοκοῖς.

Æſopus à cœnâ redibat veſperi;
Huic adlatrabat improba & petulans canis;
Ad quam ille verſus; ô canis, factum benè;
Tu ſi malignis victitas conviciis.

Idem. Ibid.

Αἴσωπον οἱ Δέλφοι φιάλην ἐπῃτιῶντο κλέψαι τοῦ Θεοῦ.

Herodot. Lib. 2. 134.

Ροδῶπις γυνὴ μὲν ἀπὸ Θρηΐκης· δούλη δὲ ἦν Ἰάδμονος τοῦ Ἡφαιστοπόλιος, ἀνδρὸς Σαμίου, σύνδουλος δὲ Αἰσώπου τοῦ λογοποιοῦ· καὶ γὰρ οὗτος Ἰάδμονος ἐγένετο· ὡς διέδεξε τῇδε οὐκ ἥκιστα. ἐπεί τε γὰρ πολλάκις κηρυσσόντων Δελφῶν ἐκ Θεοπροπίης, ὃς βούλοιτο ποινὴν τῆς Αἰσώπου ψυχῆς ἀνελέσθαι, ἄλλος μὲν οὐδεὶς ἐφάνη, Ἰάδμονος δὲ παιδὸς παῖς ἄλλος Ἰάδμων ἀνείλετο, οὕτω καὶ Αἴσωπος Ἰάδμονος ἐγένετο.

Dionyſ. Halicarn. Antiq. Lib. 6. de Menenio Agrippa.

Τελευτῶν δὲ τῆς δημηγορίας, λέγεται μῦθόν τινα εἰπεῖν εἰς τὸν Αἰσώπειον τρόπον συμπλάσας, πολλὴν ὁμοιότητα πρὸς τὰ πράγματα ἔχοντα, καὶ τούτῳ μάλιστα αὐτοὺς ἑλεῖν.

Quintilian. I. 15.

Igitur Æſopi fabellas, quæ fabulis nutricularum proximè ſuccedunt, narrare ſermone puro, & nihil ſe ſupra modum extollente, deinde eandem gracilitatem ſtylo exigere condiſcant.

Idem. V. 11.

Illæ quoque fabulæ quæ etiamſi originem ab Æſopo non acceperint (nam videtur earum primus autor Heſiodus) nomine tamen Æſopi maximè celebrantur, ducere animos ſolent, præcipuè ruſticorum & imperitorum; qui & ſimpliciùs quæ ficta ſunt audiunt, & capti voluptate, facilè iis quibus delectantur, conſentiunt. Siquidem & Menenius Agrippa plebem cum patribus in gratiam traditur reduxiſſe, *notâ illâ de membris humanis adverſus ventrem diſcordantibus fabulâ.* Et Horatius nè in Poëmate quidem humilem generis hujus uſum putavit in illis verſibus; *Olim quod vulpes ægroto cauta leoni,* &c. Vide Fab. 1.

Plu-

Plutarchus in convivio ſeptem ſapientum.

Anacharſis ad Æſopum. Σὺ δὲ ἔοικας οὐδὲ τῆς ἑαυτοῦ μνημονεύειν ἀλώπεκος. ἐκείνη μὲν γὰρ εἰς ἀγῶνα ποικιλίας καταστᾶσα πρὸς τὴν πάρδαλιν, ἠξίου τὰ ἐντὸς αὐτῆς καταμαθεῖν τὸν δικαστήν. ποικιλώτερα γὰρ ἐκεῖθεν φανεῖσθαι. Vide Fab. 137.

Idem. Ibid.

Ὁ Αἴσωπος λόγον εἶπε τοιοῦτον. Λύκος ἰδὼν ποιμένας ἐσθίοντας ἐν σκηνῇ πρόβατον· ἐγγὺς προσελθὼν, ἡλίκος ἂν ἦν ὑμῖν θόρυβος εἰ ἐγὼ τοῦτο ἐποίουν; Vide Fab. 99.

Idem. Ibid.

---Ὥσπερ ὁ Αἰσώπου κύων ὃν ἐτασί φασιν ἐν τῷ χειμῶνι συστρεφόμενον καὶ συσπειρώμενον διὰ τὸ ῥιγοῦν, οἰκίαν ποιεῖν διανοεῖσθαι· θέρους δ' αὖ πάλιν ἐκτεταμμένον καθεύδοντα, φαίνεσθαι μέγαν ἑαυτῷ, καὶ μήτε ἀναγκαῖον ἡγεῖσθαι μήτε μικρὸν ἔργον οἰκίαν περιβάλλεσθαι τοσαύτην.

Idem in vitâ Solonis.

Ὁ δὲ λογοποιὸς Αἴσωπος ἐτύγχανε εἰς Σάρδεις γεγονὼς μετάπεμπτος ὑπὸ Κροίσου, καὶ τιμώμενος.

Idem ibid.

Æſopus ad Solonem. Χρὴ τοῖς βασιλεῦσιν ὁμιλεῖν, ἢ ὡς ἥκιστα, ἢ ὡς ἥδιστα.

A. Gellius, Lib. 2. Noct. Att. cap. 29.

Æſopus ille è Phrygiâ fabulator, haud immeritò ſapiens exiſtimatus eſt; cùm quæ utilia monitu ſuaſuque erant, non ſeverè, non imperiosè præcepit & cenſuit, ut philoſophis mos eſt, ſed feſtivos delectabileſque apologos commentus, res ſalubriter ac proſpicienter animadverſas, in mentes animoſque hominum cum audiendi quâdam illecebrâ induit: velut hæc ejus fabula de aviculæ nido lepidè atque jucundè præmonet, ſpem fiduciamq; rerum, quas efficere quis poſſit, haud unquam in alio ſed in ſemetipſo habendam. *Avicula,* inquit, *eſt parva, nomen eſt Caſſita, habitat nidulaturque in ſegetibus,* &c. Vide Fab. 236.

Lucian. Icaromenip.

Ὁ λογοποιὸς Αἴσωπος ἀετοῖς καὶ κανθάροις ἐνίοτε καὶ καμήλοις βάσιμον ἀποφαίνων τὸν οὐρανόν.

Idem

Idem. Hermotim.

Τὸ γὰρ τοῦ μύθου ἐκεῖνο πάνυ συνετὸν οἶμαι ὃν Αἴσωπος διηγεῖτο· ἔφη γὰρ ἄνθρωπόν τινα ἐπὶ τῇ ἠϊόνι καθεζόμενον, ἐπὶ τὴν κυματώδη ἀριθμεῖν τὰ κύματα. σφαλέντα δὲ καὶ ἄχθεσθαι καὶ ἀνιᾶσθαι· ἄχρι δὴ τὴν κερδὼ παραστᾶσαν εἰπεῖν αὐτῷ, τί ὦ γενναῖε ἀνιᾷ τῶν παρελθόντων ἕνεκα; δέον τὰ ἐντεῦθεν ἀρξάμενον ἀριθμεῖν ἀμελήσαντα ἐκείνων.

Idem in vera Hist. Lib. 2.

Παρῆν δὲ καὶ Αἴσωπος ὁ Φρύξ. τούτῳ δὲ ὅσα καὶ γελωτοποιῷ χρῶνται.

Diog. Laert. Chilone.

Φασὶ δ' αὐτὸν καὶ Αἰσώπου πυθέσθαι ὁ Ζεὺς τί εἴη ποιῶν; τὸν δὲ φάναι, τὰ μὲν ὑψηλὰ ταπεινοῦν, τὰ δὲ ταπεινὰ ὑψοῦν.

Clemens Alex. Στρωμ. VII.

Ὅθεν καὶ ὁ Αἴσωπος οὐ κακῶς ἔφη τοὺς ὗς κεκραγέναι μέγιστον, συνειδέναι γὰρ αὐτοῖς εἰς οὐδὲν ἄλλο χρησίμοις ὅθ' ἕλκονται, ἢ πλὴν εἰς τὴν θυσίαν.

Philostratus in Imag.

Φοιτῶσιν οἱ μῦθοι παρὰ τὸν Αἴσωπον ἀγαπῶντες αὐτόν, ὅτι αὐτῶν ἐπιμελεῖται. ἐμέλησε μὲν γὰρ καὶ Ὁμήρῳ μύθου, καὶ Ἡσιόδῳ, ἔτι δὲ καὶ Ἀρχιλόχῳ πρὸς Λυκάμβην· ἀλλ' Αἰσώπῳ πάντα τὰ τῶν ἀνθρώπων ἐκμεμύθωται, καὶ λόγον τοῖς θηρίοις μεταδέδωκε λόγου ἕνεκα. πλεονεξίαν τε γὰρ ἐπικόπτει, καὶ ὕβριν ἐλαύνει καὶ ἀπάτην. καὶ ταῦτα, λέων τις αὐτῷ ὑποκρίνεται, καὶ ἀλώπηξ, καὶ ἵππος νὴ Δία· καὶ οὐδὲ ἡ χελώνη ἄφωνος. ὑφ' ὧν τὰ παιδία μαθηταὶ γίνονται τῶν τοῦ βίου πραγμάτων. εὐδοκιμοῦντες οὖν οἱ μῦθοι διὰ τὸν Αἴσωπον, φοιτῶσιν ἐπὶ τὰς θύρας τοῦ σοφοῦ, ταινίαις αὐτὸν ἀναδήσοντες, καὶ στεφανώσοντες αὐτὸν θαλλοῦ στεφάνῳ. ὁ δέ, οἶμαί τινα ὑφαίνει μῦθον. τὸ γὰρ μειδίαμα τοῦ προσώπου, καὶ οἱ ὀφθαλμοί, κατὰ τῆς γῆς ἑστῶτες, τοῦτο δηλοῦσιν. οἶδεν ὁ ζωγράφος ὅτι αἱ τῶν μύθων φροντίδες, ἀνειμένης τῆς ψυχῆς δέονται. φιλοσοφεῖ δὲ ἡ γραφὴ καὶ τὰ τῶν μύθων σώματα. θηρία γὰρ συμβάλλουσα ἀνθρώποις, περιΐστησι χορὸν τὸ Αἰσώπῳ, ἀπὸ τῆς ἐκείνου σκηνῆς συμπλάσασα. Κορυφαία δὲ τοῦ χοροῦ ἡ ἀλώπηξ γέγραπται· χρῆται γὰρ αὐτῇ ὁ Αἴσωπος διακόνῳ τῶν πλείστων ὑποθέσεων, ὥσπερ ἡ κωμῳδία τῷ Δάῳ.

Idem in vitâ Apollonii Lib. V. cap. 5.

Καὶ μὴν ἐμοὶ ἐπιτηδειότεροι πρὸς σοφίαν οἱ τοῦ Αἰσώπου μῦθοι φαίνονται. —— Ὁ γὰρ ἀπὸ σμικρῶν πραγμάτων διδάσκει μεγάλα, καὶ προθέμενος τὸν λόγον, ἐπάγει αὐτὸ τὸ πρᾶττε, ἢ μὴ πρᾶττε. εἶτα τοῦ φιλαλήθους

μᾶλλον,

μᾶλλον, ἢ οἱ ποιηταὶ, ἥψατο. οἱ μὲν γὰρ βιάζονται πιθανοὺς φαίνεσθαι τοὺς ἑαυτῶν λόγους· ὁ δ' ἀπαγγέλλων λόγον, ὃν ὡς ἔστι ψευδὴς, πᾶς οἶδεν, αὐτὸ τὸ μὴ περὶ ἀληθινῶν ἐρεῖν, ἀληθεύει. Vide plura apud ipsum Authorem.

Stobæus. Serm. 47.

Φρύγιος οὗτος λόγος. ἔστι γὰρ Αἰσώπου τοῦ Φρυγός. ὁ δὲ λόγος φησὶ τὴν γῆν, ἐὰν αὐτῆς τις ἅψηται, βοᾶν, &c. Vide Fab. 92.

Aphthonii Progymnasmata.

Ὁ μῦθος ποιητῶν μὲν προῆλθε, γεγένηται δὲ καὶ ῥητόρων κοινὸς ἐκ παραινέσεως. ἔστι δὲ μῦθος, λόγος ψευδὴς, εἰκονίζων ἀλήθειαν. καλεῖται δὲ Συβαριτικὸς, καὶ Κίλιξ, καὶ Κύπριος, πρὸς τοὺς εὑρόντας μετατεθεὶς τὰ ὀνόματα. νικᾷ δὲ μᾶλλον Αἰσώπειος λέγεσθαι, τῷ τὸν Αἴσωπον ἄριστα πάντων συγγράψαι τοὺς μύθους. τοῦ δὲ μύθου τὸ μὲν ἐστι λογικὸν, τὸ δὲ ἠθικὸν, τὸ δὲ μικτόν. καὶ λογικὸν μὲν, ἐν ᾧ τι ποιῶν ἄνθρωπος πέπλασται. ἠθικὸν δὲ, τὸ τῶν ἀλόγων ἦθος ἀπομιμούμενον. μικτὸν δὲ, τὸ ἐξ ἀμφοτέρων, ἀλόγου καὶ λογικοῦ. τὴν δὲ παραίνεσιν, δι' ἣν ὁ μῦθος τέτακται, προτάττων μὲν ὀνομάσεις προμύθιον, ἐπιμύθιον καὶ τελευταῖον ἐπενέγκων.

Idem ferè habet Priscianus in Præexercitamentis.

Fabula (inquit) est oratio ficta verisimili dispositione imaginem exhibens veritatis, &c.

Tatianus in Oratione adv. Græcos.

Aristodemi plastice non minorem Æsopo fabulatori famam attulit, quàm fabulæ ab eo compositæ.

Anthologia. Εἰς εἰκόνα Αἰσώπου.

Εὖγε ποιῶν, Λύσιππε, γέρων Σικυώνιε πλάστα,
Δείκελον Αἰσώπου στήσαο τοῦ Σαμίου,
Ἑπτὰ σοφῶν ἔμπροσθεν. ἐπεὶ κεῖνοι μὲν ἀνάγκην
Ἔμβαλον, οὐ πειθὼ φθέγμασι τοῖς σφετέροις.
Ὃς δὲ σοφοῖς μύθοις καὶ πλάσμασι καίρια λέξας,
Παίζων, ἐν σπουδῇ πείθει ἐχεφρονέειν.
Φευκτὸν δ' ἡ τρηχεῖα παραίνεσις. ἡ Σαμίου δὲ
Τὸ γλυκὺ τοῦ μύθου καλὸν ἔχει δέλεαρ.

Suidas in voce Αἴσωπος.

Αἴσωπος Σάμιος ἢ Σαρδιανός· Εὐγείτων δὲ Μεσημβριανὸς εἶπεν· ἄλλοι Κοτιέα, Φρύγα. ἐγένετο δὲ λογοποιὸς, ὅ ἐστιν, εὑρετὴς λόγων καὶ ἀπο-

κειμάτων.

κειμάτων. διέτριψε δὲ παρὰ Κροίσῳ φιλέμμενος τοῖς χρόνοις περὶ Πυθαγόρου· ὃς μεσοῦν ἐπὶ τῆς μ´ Ὀλυμπιάδος. ἔγραψε τὰ ἐν Δελφοῖς αὐτῷ συμβάντα ἐν βιβλίοις β´. μᾶλλον δέ τινες φασὶ, τὸν Αἴσωπον ἀποκείματα γεγραφέναι μόνον. ἐν γὰρ Δελφοῖς ἀπολέσθαι ὑπ᾽ αὐτῶν κατακρημνισθέντα ἀπὸ τῶν Φαιδριάδων καλουμένων πετρῶν, κατὰ νδ´ Ὀλυμπιάδα. οἰκέτην δὲ γενέσθαι Ξάνθου τοῦ Λυδοῦ· ἄλλοι ἀνδρός τινος Σαμίου Ἰάδμονος· οὗτινος καὶ ἡ Ῥοδῶπις δούλη ἦν· ἣν ἑταίραν γενομένην Θρᾷσσαν τὸ γένος, Χάραξος ὁ ἀδελφὸς Σαπφοῦς ἔλαβε γυναῖκα, καὶ ἐξ αὐτῆς γεννᾷ.

Idem ibid.

Αἴσωπος ὁ τῶν μύθων ποιητὴς οὐ τὴν τύχην μᾶλλον, ἢ τὴν προαίρεσιν. οὐκ ἄφρων μόνον οὐδὲ κατ᾽ αὐτὸ τοῦτο ἀνήρ. ᾧ γὰρ ὁ νόμος οὐ μετεδίδου παῤῥησίας, τούτῳ προσῆκον ἦν, σκιαγραφουμένας τὰς συμβουλὰς, καὶ πεποικιλμένας ἡδονῇ καὶ χάριτι παραφέρειν. ὥσπερ καὶ τῶν ἰατρῶν οἱ μὲν ἐλευθέροις τὸ δέον ἐπιτάττουσι· ἐὰν δέ τις οἰκέτης γένηται καὶ τὴν τέχνην ἰατρὸς, πράγματα ἔχει κολακεύειν ἅμα καὶ θεραπεύειν τὸν δεσπότην ἀναγκαζόμενος. Aristoph. in Vespis.

Αἴσωπον ἀπὸ δείπνου &c. ut sup.

τὸν Αἴσωπον φασί τινες ὡς τοσοῦτον ἄρα θεοφιλῆ γενέσθαι, ὡς καὶ ἀναβιῶναι αὐτὸν, καθάπερ οὖν τὸν Τυνδάρεων καὶ τὸν Ἡρακλέα καὶ τὸν Γλαῦκον· καὶ Πλάτων φησὶν ὁ Κωμικὸς, καὶ νῦν ὅμισόν μοι μὴ τεθνάναι τὸ σῶμα· ἐγὼ ψυχὴ ἀπὸ νίκης, ὥσπερ Αἰσώπου ποτέ.

FABU-

FABULARUM *ÆSOPICARUM* DELECTUS.

α΄. Λέων καὶ Αλώπηξ.

ΛΕΩΝ γηράσας, καὶ μὴ δυνάμενος διαρκέσαι αὐτῷ εἰς τροφὴν, ἔγνω δι' ἐπινοίας τι πρᾶξαι. καὶ δὴ παραγινόμενος ἐν σπηλαίῳ τινὶ, καὶ κατακλιθεὶς, προσεποιεῖτο νοσεῖν. παραγινόμενα οὖν τὰ ζῶα ἐπισκέψεως χάριν, συλλαμβάνων κατήσθιεν αὐτά. πολλῶν οὖν ζώων ἀναλωθέντων, ἀλώπηξ τὸ τέχνασμα τοῦτο γνοῦσα, παρεγένετο πρὸς αὐτὸν, καὶ στᾶσα ἔξωθεν τοῦ σπηλαίου ἐπυνθάνετο πῶς ἔχει. τοῦ δὲ εἰπόντος, κακῶς, καὶ τὴν αἰτίαν πυνθανομένου δι' ἣν οὐκ εἰσέρχεται, ἡ ἀλώπηξ ἔφη, ὅτι ὁρῶ ἴχνη πολλῶν εἰσιόντων, ὀλίγων δὲ ἐξιόντων.

I. *Leo & Vulpes.*

Confectus ſenio Leo, cum jam quærere victum
Venatu, ut quondam juvenis, non poſſet, id aſtu
Decrevit facere, atque artes tentare doloſas.
Morbum ergo ſimulans, in opaci faucibus antri
Procubuit, gemituſque dedit, cumque undique ad ægrum
Quadrupedes viſendum irent; ut protinus illi
Quæque propinquarat, rictu hanc inhiante vorabat.
Hac demum multis animantibus arte peremptis,
Viſendi causâ & Vulpes acceſſit ad antrum:
Atque à veſtibulo ægrotum clamore ſalutans,
Quomodo haberet, eum cautè officioſa rogavit.
Reſpondente illo, ſe vero peſſime, eamque
Percunctante, aulæ cur non penetrale ſubiret;
Suſcepit Vulpes, quia me veſtigia terrent
Omnia te adverſum ſpectantia, nulla retrorſum.

β'. Λύκος καὶ Γραῦς.

Λύκος λιμώττων περιῄει ζητῶν τροφήν. γενόμενος δὲ κατά τινα τόπον, ἤκουσε παιδίου κλαίοντος, καὶ γραὸς λεγούσης αὐτῷ, παῦσαι τοῦ κλαίειν· εἰ δὲ μή, τῇ ὥρᾳ ταύτῃ ἐπιδώσω σε τῷ λύκῳ. οἰόμενος δὴ ὁ λύκος ὅτι ἀληθεύει ἡ γραῦς, ἵστατο πολλὴν ἐκδεχόμενος ὥραν. ὡς δ' ἑσπέρα κατέλαβεν, ἀκούει πάλιν τῆς γραὸς κολακευούσης τὸ παιδίον, καὶ λεγούσης αὐτῷ, ἐὰν ἔλθῃ ὁ λύκος δεῦρο, φονεύσομεν, ὦ τέκνον, αὐτόν. ταῦτα ἀκούσας ὁ λύκος, ἐπορεύετο, λέγων, ἐν ταύτῃ τῇ ἐπαύλει, ἄλλα μὲν λέγουσιν, ἄλλα δὲ πράττουσιν.

2. *Lupus & Mulier.*

ARva cum jejunus olim pervagaretur Lupus,
Ad tugurium venit, unde vagientem puerculum,
Huicque matrem comminantem ſane acerbe exaudiit,
Flere ni deſineret, illum tradituram ſe Lupo.
Seriò iſtæc elocutam Mulierem ratus Lupus,
Jam ſibi expectabat objici contumacem puerculum.
Multam in horam ſic moratus, rurſus audit Mulierem
Voce blanda, & ad ſoporem provocandum tinnula
Dicere infanti: Bono animo es nate mi dulciſſime:
Nam Lupum, ſi raptor ille huc venerit, mactabimus.
Hic Lupus tum denique omni deſtitutus ſpe ſua,
Triſtis in ſylvas recedens, Pro ſupreme Jupiter,
Alia dicunt, alia faciunt hicce mortales, ait.

γ'. Ἀλώπηξ καὶ Βότρυς.

Βότρυας πεπείρους ἀλώπηξ κρεμαμένους ἰδοῦσα, τούτους ἐπειρᾶτο καταφαγεῖν· πολλὰ δὲ καμοῦσα, καὶ μὴ δυνηθεῖσα ψαῦσαι, τὴν λύπην παραμυθουμένη ἔλεγεν, ὄμφακες ἔτι εἰσίν.

3. *Vulpes & Uva.*

FAme coacta Vulpes, altâ in vineâ
Uvam adpetebat ſummis ſaliens viribus:
Quam tangere ut non potuit, diſcedens ait:
Nondum matura eſt, nolo acerbam ſumere.
Qui facere quæ non poſſunt, verbis elevant,
Adſcribere hoc debebunt exemplum ſibi.

δ'. Ἔλαφος.

δ'. Ἔλαφος.

Ἔλαφος διψήσας ἐπὶ πηγὴν ἦλθεν· ἰδὼν δὲ τὴν ἑαυτοῦ σκιὰν τοὺς μὲν πόδας ἐμέμφετο, ὡς λεπτοὺς καὶ ἀσθενεῖς ὄντας· τὰ δὲ κέρατα αὐτοῦ ἐπῄνει, ὡς μέγιστα καὶ εὐμήκη· μηδέπω τῶν κυνηγοῦ καταλαβόντος ἔφυγεν. ἐπὶ πολὺ δὲ τόπον δραμὼν καὶ εἰς ὕλην ἐμβὰς, τοῖς κέρασιν ἐμπλακεὶς ἐθηρεύθη, ἔφη δὲ, ὦ μάταιος ἐγὼ ὃς ἐκ μὲν τῶν ποδῶν ἐσώθην οἷς ἐμεμφόμην, ἐκ δὲ τῶν κεράτων προεδόθην οἷς ἐκαυχώμην.

4. *Cervus cornibus impeditus.*

Laudatis utiliora quæ contempseris
Sæpe inveniri, hæc exerit narratio.
Ad fontem Cervus quum bibisset, restitit,
Et in liquore vidit effigiem suam.
Ibi dum ramosa mirans laudat cornua,
Crurumque nimiam tenuitatem vituperat,
Venantûm subito vocibus conterritus
Per campum fugere cœpit, & cursu levi
Canes elusit: silva tum excepit ferum,
In qua retentis impeditus cornibus
Lacerari cœpit morsibus sævis canum.
Tunc moriens, vocem hanc edidisse dicitur:
O me infelicem, qui nunc demum intelligo
Ut illa mihi profuerint quæ despexeram,
Et quæ laudaram, quantum luctûs habuerint!

ε'. Ἀρνὸς καὶ Λύκος.

Ἀρνὸς ἐφ' ὑψηλοῦ τόπου ἱστάμενος, λύκον κάτωθεν παριόντα τὴν ὁδὸν ἔσκωπτε, καὶ θηρίον κακὸν ἀπεκάλει καὶ ὠμοβόρον. ὁ δὲ λύκος στραφεὶς, εἶπε πρὸς αὐτὸν, οὐ σύ με λοιδορεῖς, ἀλλ' ὁ πύργος ἐν ᾧ ἵστασαι.

5. *Agnus & Lupus.*

Stans in supremo culmine Agnus ædium
In transeuntem probra jactabat Lupum,
Quæcunque in improbam & voracem bestiam,
Sævam atque sanguinariam dici queunt.
Olli quieta mente subridens Lupus,
Non tu mihi maledicis, inquit, ô bone,
Sed iste, quo confidis, excelsus locus.

ϛʹ. Βάτραχοι.

Βάτραχοι δύο ἐν λίμνῃ ἐνέμοντο. θέρους δὲ ξηρανθείσης τῆς λίμνης, ἐκείνην καταλιπόντες ἐπεζήτουν ἑτέραν· καὶ δὴ βαθεῖ περιέτυχον φρέατι. ὅπερ ἰδὼν ἕτερος θατέρῳ φησὶ, συγκατέλθωμεν, ὦ οὗτος, εἰς τόδε τὸ φρέαρ. ὁ δὲ ὑπολαβὼν εἶπεν, ἂν οὖν καὶ τὸ ἐνθάδε ὕδωρ ξηρανθῇ, πῶς ἀναβησόμεθα;

6. *Ranæ duæ ſitientes.*

IN ſiccitate & ſumma aquæ penuria,
Ranæ vagabantur duæ,
Sicubi profundis invenirent vallibus
Aliquid liquoris abditi.
Tandem, reperto puteo aquâ pleno, altera
Suadere deſcenſum inſtitit.
Prudentior ſed altera & conſultior,
Si nos eo demittimus,
Et ibi quoque, inquit, unda nos defecerit;
Quonam modo inde exibimus?

ζʹ. Λύκος καὶ Γέρανος.

Λύκου λαιμῷ ὀστέον ἐπεπήγη. ὁ δὲ γεράνῳ μισθὸν παρέξειν εἶπεν, εἰ τὴν κεφαλὴν αὐτῆς ἐπιβαλοῦσα, τὸ ὀστοῦν ἐκ τοῦ λαιμοῦ αὐτοῦ ἐκβάλοι. ἡ δὲ τοῦτ᾽ ἐκβαλοῦσα, δολιχόδειρος οὖσα, τὸν μισθὸν ἐπεζήτει. ὅς τις γελάσας, καὶ τοὺς ὀδόντας θήξας, ἀρκεῖ σοι μισθὸς, ἔφη, τοῦτο καὶ μόνον, ὅτι ἐκ λύκου στόματος καὶ ὀδόντων ἐξῆρες κάραν σώαν μηδὲν παθοῦσαν.

7. *Lupus & Grus.*

QUi pretium meriti ab improbis deſiderat
Bis peccat: primum quoniam indignos adjuvat:
Impune abire deinde quia jam non poteſt.
Os devoratum fauce quum hæreret Lupi,
Magno dolore victus cœpit ſingulos
Inlicere pretio, ut illud extraherent malum.
Tandem perſuaſa eſt jurejurando Gruis;
Gulæque credens colli longitudinem,
Periculoſam fecit medicinam Lupo.
Pro quo quum facto flagitaret præmium:
Ingrata es, inquit, ore quæ noſtro caput
Incolume abſtuleris, & mercedem poſtulas.

η´. Γέρων καὶ Θάνατος.

Γέρων ποτὲ ξύλα τεμὼν ἐξ ὄρους, κᾀπὶ τῶν ὤμων ἀράμενος, ἐπειδὴ πολλὴν ὁδὸν ἐπιχθισμένος ἐβάδισεν, ἀπειρηκὼς, ἀπέθετό τε τὰ ξύλα, καὶ τὸν θάνατον ἐλθεῖν ἐπεκαλεῖτο. τοῦ δὲ θανάτου εὐθὺς ἐπιστάντος, καὶ τὴν αἰτίαν πυνθανομένου δι᾽ ἣν αὐτὸν καλοίη, ὁ γέρων ἔφη, ἵνα τὸν φόρτον τοῦτον ἄρας ἐπιθῇς μοι.

8. *Senex & Mors.*

Lignatum egressus nemorosi ad culmina montis,
Confecto sub fasce Senex sese inde ferebat:
Cumque labore viæ, atque injusto pondere pressus
Abjecisset onus, solis deprensus in arvis
Mortem implorabat, mortem sæpe ore ciebat.
Ecce autem huic diræ species se pallida Mortis
Obtulit, &, si quid vellet, præsto esse professa est.
Ille metu sudans, atque in contraria versus
Vota, Juva me, inquit, tergo hunc imponere fascem.

θ´. Ὀρνιθοθήρας καὶ Κορυδαλός.

Ὀρνιθοθήρας ὄρνισιν ἵστη παγίδας· κορυδαλὸς δὲ τοῦτον πόῤῥωθεν ἰδὼν, ἐπυνθάνετο, τί ποτ᾽ ἐργάζοιτο. τοῦ δὲ πόλιν κτίζειν φαμένου, εἶτα δὲ πορρωτέρω ἀποχωρήσαντος καὶ κρυβέντος, ὁ κορυδαλὸς τοῖς τοῦ ἀνδρὸς λόγοις πιστεύσας, προσελθὼν εἰς τὸν βρόχον ἑάλω. τοῦ δὲ ὀρνιθοθήρα ἐπιδραμόντος, ἐκεῖνος εἶπεν, ὦ οὗτος, εἰ τοιαύτην πόλιν κτίζεις, οὐ πολλοὺς εὑρήσεις ἐνοικοῦντας.

9. *Auceps & Cassita.*

Alitibus laqueos Auceps cum tenderet, altâ
Hunc conspicata ab arbore
Quidnam ageret, simplex animi Cassita rogavit.
Condo, inquit Auceps, oppidum.
Deinde per insidias, procul inter opaca resedit
Dumeta & umbras arborum.
Illa fide verbis habitâ, ut nova comminus urbis
Consideraret mœnia
Accedens illuc, laqueis fallacibus hæsit.
Redeunte tum ad prædam Aucupe,
Heus, inquit, bone vir, si talem extruxeris urbem,
Paucos habebis incolas.

ι΄. Αἴλουρος καὶ Ἀλεκτρυών.

Αἴλουρος συλλαβὼν ἀλεκτρυόνα, μετ' εὐλόγου τοῦτον αἰτίας ἐβουλήθη καταφαγεῖν. καὶ δὴ κατηγόρει αὐτοῦ, λέγων, ὡς ὀχληρὸς εἴη τοῖς ἀνθρώποις, νύκτωρ κεκραγώς, καὶ μὴ συγχωρῶν ὕπνου τυγχάνειν. τοῦ δ' ἀπολογουμένου, ἐπὶ τῇ ἐκείνων ὠφελείᾳ τοῦτο ποιεῖν, ὡς ἐπὶ τὰ συνήθη τῶν ἔργων ἐγείρεσθαι· πάλιν ὁ αἴλουρος αἰτίαν ἐπέφερεν, ὡς ἀσεβὴς εἴη περὶ τὴν φύσιν, μητρὶ καὶ ἀδελφαῖς συμμιγνύμενος. τοῦ δὲ, καὶ τοῦτο πρὸς ὠφέλειαν τῶν δεσποτῶν πράττειν φήσαντος, πολλῶν αὐτοῖς ἐντεῦθεν ᾠῶν τικτομένων· ὁ αἴλουρος εἰπὼν, ἀλλ' εἰ σύ γε πολλῶν εὐπορεῖς εὐπροσώπων ἀπολογιῶν, ἔγωγε μέντοι ἄτροφος οὐ μενῶ, τοῦτον κατεθοινήσατο.

10. *Felis & Gallus.*

COmprensum Felis Gallum cum tradere ventri
Jejuno vellet, jure ut fecisse videri
Posset, & hanc noxam specie velaret honesti,
Accusabat eum, quod pervigili atque molesto
Turbaret nocturnam hominum clamore quietem.
Defendente illo, sese utilitatis eorum
Id causâ facere, ut moniti adventantis Eoi
Ad sua quisque operum studia exercenda redirent.
Hunc rursum is naturæ hostem, infandoque sororum
Concubitu, & matris fœdum, incestumque vocabat.
Ille excusabat scelus utilitate, suamque
Hinc multis dicebat heram ditarier ovis.
Tum Felis tandem perfrictâ fronte; sed etsi
Argumenta tuam defendunt plurima causam;
Impastus tamen, inquit, ego hinc discedere nolo.

ια΄. Ἀλώπηξ.

Ἀλώπηξ εἰς οἰκίαν ἐλθοῦσα ὑποκριτοῦ, καὶ ἕκαστα τῶν αὐτοῦ σκευῶν διερευνωμένη, εὗρε καὶ κεφαλὴν μορμολυκίου εὐφυῶς κατεσκευασμένην· ἣν καὶ ἀναλαβοῦσα ταῖς χερσὶν, ἔφη, ὢ οἵα κεφαλὴ, καὶ ἐγκέφαλον οὐκ ἔχει.

11. *Vulpes ad Personam Tragicam.*

PErsonam Tragicam forte Vulpes viderat:
O quanta species, inquit, cerebrum non habet!
Hoc illis dictum est, quibus honorem & gloriam
Fortuna tribuit, sensum communem abstulit.

ιβʹ. Ὄνος καὶ Κηπωρός.

Ὄνος ὑπηρετούμενος κηπωρῷ, ἐπειδὴ ὀλίγα μὲν ἤσθιε, πλεῖστα δ᾽ ἐμόχθει, ηὔξατο τῷ Διῒ ὥστε τοῦ κηπωροῦ ἀπαλλαγεὶς ἑτέρῳ ἀπεμποληθῆναι δεσπότῃ. τοῦ δὲ Διὸς ἐπακούσαντος, καὶ κελεύσαντος αὐτὸν κεραμεῖ πραθῆναι, πάλιν ἐδυσφόρει πλέον ἢ πρότερον, ἀχθοφορῶν, καὶ τόν τε πηλὸν, καὶ τοὺς κεράμους κομίζων. πάλιν οὖν ἀμεῖψαι τὸν δεσπότην ἱκέτευε, καὶ βυρσοδέψῃ ἀπεμπολεῖται. εἰς χείρονα τοίνυν τῶν προτέρων δεσπότην ἐμπεσὼν, καὶ ὁρῶν τὰ παρ᾽ αὐτοῦ πραττόμενα, μετὰ στεναγμοῦ ἔφη, οἴμοι τῷ ταλαιπώρῳ, βέλτιον ἦν μοι παρὰ τοῖς προτέροις δεσπόταις μένειν· οὗτος γὰρ, ὡς ὁρῶ, καὶ τὸ δέρμα μου κατεργάσεται.

12. *Asinus & Hortulanus.*

Olitori Asellus serviens, quòd pabuli
Quam minimum haberet, quòd laboris plurimum,
Jovem est precatus ut sibi alium herum daret.
Dedit ille Figulum: cui lutum assidue ferens,
Durosque lateres, tegulasque prægraves,
Iniquiore sorte multò quam prius
Agebat: ergo denuo dominum sibi
Mutare uti liceret, oravit Jovem.
Quo assentiente, venditus coriario.
Ubi vero acerbam, luctuosam, & perditam
Miser trahebat vitam, onustus fœtidis
Fratrum suorum, affiniumque pellibus.
Tum triste rudens, Ah! quàm, ait, satius fuit
Servire servitutem heris prioribus.
Hic enim, ut video, ubi me labore occiderit,
Corium quoque exercere perget mortui.

ιγʹ. Χελιδὼν καὶ Κορώνη.

Χελιδὼν καὶ κορώνη περὶ κάλλους ἐφιλονείκουν. ὑποτυχοῦσα δὲ ἡ κορώνη, πρὸς αὐτὴν εἶπεν, ἀλλὰ τὸ μὲν σὸν κάλλος τὴν ἐαρινὴν ὥραν ἀνθεῖ, τὸ δ᾽ ἐμὸν σῶμα καὶ χειμῶνι παρατείνεται.

13. *Hirundo & Cornix.*

De pulchritudine atque honore corporis
Hirundine & Cornice contendentibus,
Post multa utrinque dicta, ita adversarium
Cornix retudit. Quanti, ait, tandem tua est
Facienda pulchritudo, quæ primâ modo
Æstate floret, præ mea, quæ hieme quoque?

ιδ΄. Ἵππος καὶ Ἔλαφος.

Ἵππος κατεῖχε λειμῶνα μόνος· ἐλθόντος δ᾽ ἐλάφου, καὶ διαφθείροντος τὴν νομὴν, βουλόμενος τιμωρήσασθαι τὴν ἔλαφον, ἠρώτα τὸν ἄνθρωπον, εἰ δύναιτο μετ᾽ αὐτοῦ κολάσαι τὴν ἔλαφον· ὁ δ᾽ ἔφησεν, ἐὰν λάβῃ χαλινὸν, καὶ αὐτὸς ἀναβῇ ἐπ᾽ αὐτὸν, ἔχων ἀκόντια· συνομολογήσαντος δὲ, καὶ ἀναβάντος, ἀντὶ τοῦ τιμωρήσασθαι, αὐτὸς ἐδούλωσεν ἤδη τῷ ἀνθρώπῳ.

14. *Equus & Cervus.*

CErvus Equum pugnâ melior communibus herbis
Pellebat, donec minor in certamine longo
Imploravit opes hominis, frænumque recepit:
Sed postquam victor violens discessit ab hoste,
Non equitem dorso, non frænum depulit ore.

ιε΄. Τέττιξ καὶ Μύρμηκες.

Χειμῶνος ὥρᾳ τὸν σῖτον βραχέντων, οἱ μύρμηκες ἔψυχον. τέττιξ δὲ λιμώττων ᾔτει αὐτοὺς τροφήν. οἱ δὲ μύρμηκες εἶπον αὐτῷ, διατί τὸ θέρος οὐ συνῆγες τροφήν; ὁ δὲ εἶπεν, οὐκ ἐσχόλαζον, ἀλλ᾽ ᾖδον μουσικῶς. οἱ δὲ γελάσαντες εἶπον, ἀλλ᾽ εἰ θέρους ὥραις ηὔλεις, χειμῶνος ὀρχοῦ.

15. *Cicada & Formicæ.*

HIberno exponunt dum frumenta humida soli
Formicæ, confecta fame, moribunda cicada
Auxilium rebus supplex orabat egenis.
Hanc Formica anus, & multo usu docta rogavit
Quid rerum æstate egisset; cumque illa, sonoro
Se membranarum pulsu, & crepitantibus alis
Diceret æstivos hominum lenisse labores;
Formica excipiens, Si tunc, inquit, cecinisti
Imprudens animi, vacuo nunc corpore salta.

ιϛ'. Κυνόδηκτος.

Δηχθείς τις ὑπὸ κυνὸς, τὸν ἰασόμενον περιῄει ζητῶν. ἐντυχὼν δέ τις αὐτῷ, καὶ γνοὺς ὃ ζητεῖ, ὦ οὗτος, εἶπεν, εἰ σώζεσθαι βούλει, λαβὼν ἄρτον, καὶ τούτῳ τὸ αἷμα τῆς πληγῆς ἐκμάξας, τῷ δακόντι κυνὶ φαγεῖν ἐπίδος. κἀκεῖνος γελάσας ἔφη, ἀλλ' εἰ τοῦτο ποιήσω, δεῖ με ὑπὸ πάντων τῶν ἐν τῇ πόλει κυνῶν δηχθῆναι.

16. *Homo & Canis.*

LAceratus quidam morsu vehementis Canis,
Tinctum cruore panem immisit malefico,
Audierat esse quod remedium vulneris.
Tunc sic Æsopus: Noli coram pluribus
Hoc facere canibus, ne nos vivos devorent,
Quum scierint esse tale culpæ præmium.
Successus improborum plures allicit.

ιζ'. Μονιὸς καὶ Αλώπηξ.

Μονιὸς ἄγριος ἐπί τινος ἑστὼς δένδρου, τοὺς ὀδόντας ἔθηγεν. ἀλώπεκος δ' ἐρομένης τὴν αἰτίαν, ὅτι μηδεμιᾶς προσκειμένης ἀνάγκης, τί τοὺς ὀδόντας θήγει, ἔφη, οὐκ ἀλόγως τοῦτο ποιῶ. εἰ γάρ με κίνδυνος περιστήῃ, οὔκουν με τηνικαῦτα πρὸς τοὺς ὀδόντας ἀκονᾶν ἀσχολεῖσθαι δεήσει, ἀλλὰ μᾶλλον ἑτοίμοις ἔστι χρῆσθαι.

17. *Aper & Vulpes.*

DEntes retusos arbore exacuens Aper
Satagebat: atque hunc forte præteriens viã
Vulpes rogavit, cur sine ulla prælii
Necessitate acuere dentes tenderet.
Non abs re ego, inquit ille, sic facio, ô bona:
Nam cum ingruit periclum; & adversarius
Ad sanguinis, vitæque discrimen vocat,
Haud sane acuere tum vacat dentes mihi.
Itaque otii & securitatis tempore
Arma apparo, gerenda, cum usus venerit.

ιη΄. Λέων καὶ Λύκος, καὶ Ἀλώπηξ.

Λέων γηράσας, ἐνόσει κατακεκλιμένος ἐν ἄντρῳ. παρῆσαν δὲ ἐπισκεψόμενα τὸν βασιλέα πλὴν ἀλώπεκος, τἄλλα τῶν ζώων. ὁ τοίνυν λύκος λαβόμενος εὐκαιρίας, κατηγόρει παρὰ τῷ λέοντι τῆς ἀλώπεκος, ἅτε δὴ παρ' οὐδὲν τιθεμένης τὸν πάντων αὐτῶν κρατοῦντα, καὶ διὰ ταῦτα μηδ' εἰς ἐπίσκεψιν ἀφιγμένης. ἐν τοσούτῳ δὲ παρῆν καὶ ἡ ἀλώπηξ, καὶ τῶν τελευταίων ἠκροάσατο τοῦ λύκου ῥημάτων. ὁ μὲν οὖν λέων κατ' αὐτῆς ἐβρυχᾶτο. ἡ δ' ἀπολογίας καιρὸν αἰτήσασα, καὶ τίς, ἔφη, τῶν συνελθόντων τοσοῦτον ὠφέλησεν, ὅσον ἐγώ, πανταχόσε περινοστήσασα, καὶ θεραπείαν ὑπὲρ σοῦ παρ' ἰατροῦ ζητήσασα, καὶ μαθοῦσα; τοῦ δὲ λέοντος εὐθὺς τὴν θεραπείαν εἰπεῖν κελεύσαντος, ἐκείνη φησίν, εἰ λύκον ζῶντα ἐκδείρας, τὴν αὐτοῦ δορὰν θερμὴν ἀμφιέσῃ. καὶ τοῦ λύκου κειμένου, ἡ ἀλώπηξ γελῶσα εἶπεν, οὕτως οὐ χρὴ τὸν δεσπότην πρὸς δυσμένειαν κινεῖν, ἀλλὰ πρὸς εὐμένειαν.

18. *Leo, Lupus & Vulpes.*

Ægrum Leonem quadrupedes invisere,
Cessante sola Vulpe, jam omnes iverant.
Ibi regis aures credulas nactus Lupus
Calumniari & carpere absentem instituit:
Quid eam impedire, quid morari, quo minus
Veniret ægrum regem & ipsa visere,
Nisi contumacem spiritum, & superbiam,
Qua gloriam de rege contemto petat?
Interea ad ipsa jam perorantis Lupi
Extrema ferme verba Vulpes adfuit,
Ita ut probe omnem vafra rem conjecerit.
Infremuit irâ incensus in Vulpem Leo:
Quæ se tamen gravi ex pavore colligens,
Defensionis impetrato tempore,
Causam suam est exorsa in hanc sententiam:
Generose rex, quis, inquit, est ex omnibus,
Quicunque in hunc coiëre regalem specum,
Qui pro salute tam laborârit tua,
Quantum ego, per omnes misera quæ terras ii,
Omnes medentes, sana consului omnia,
Uti remedium quærerem regi meo:
Tandemque reperi; jussa proferre ilico,
Ut, inquit, involvare detractâ recens
Et adhuc calente pelle viventis Lupi.

Sane

Sanè facile medicamen est, inquit Leo:
Lupus ecce adest: viventem eum deglubite.
Quo facto, amaris illa cum facetiis
Conversa semivivum ad adversarium,
Cur nudum, ait, te in publico video, Lupe?
An forte fieri vis palæstrita è coquo?
Sic eat, herili quisquis olim gratiâ
Abuti ad innocentium pestem volet.

ιθ'. Κύων καὶ Ἀλεκτρυών.

Κύων καὶ ἀλεκτρυὼν ἑταιρείαν ποιησάμενοι, ὥδευον. ἑσπέρας δὲ καταλαβούσης, ὁ μὲν ἀλεκτρυὼν ἐπὶ δένδρου ἐκάθευδεν ἀναβάς· ὁ δὲ κύων πρὸς τῇ ῥίζῃ τοῦ δένδρου κοίλωμα ἔχοντος. τοῦ δὲ ἀλεκτρυόνος κατὰ τὸ εἰωθὸς νύκτωρ φωνήσαντος, ἀλώπηξ ἀκούσασα πρὸς αὐτὸν ἔδραμε, καὶ στᾶσα κάτωθεν, πρὸς ἑαυτὴν κατελθεῖν ἠξίου, ἐπιθυμεῖν γὰρ ἀγαθὴν οὕτω φωνὴν ζῶον ἔχον ἀσπάσασθαι. τοῦ δὲ εἰπόντος τὸν θυρωρὸν πρότερον διυπνίσαι ὑπὸ τὴν ῥίζαν καθεύδοντα, ὡς ἐκείνου ἀνοίξαντος κατελθεῖν, κἀκείνης ζητούσης αὐτὸν φωνῆσαι, ὁ κύων αἴφνης πηδήσας αὐτὴν διεσπάραξεν.

19. *Canis & Gallus.*

Canis, atque Gallus longum iter quondam simul
Ingressi, opaco jam appetente vespere,
Nacti arborem, ubi quiescerent; Gallus quidem
Fastigia alta frondeæ ascendit domûs;
Canis excavatum in caudicem se condidit.
Cum vero; ut adventante consuevit die,
Cantum edidisset Gallus, accurrens eo
Vulpes, eum rogabat enixissime,
Descenderet, suique faceret copiam:
Gestire se, animal tam canorum & musicum
Amplecti, & osculari, & os agnoscere:
Tum fraude Gallus cognitâ; Cupio tibi,
Quæcunque possum, commodare & obsequi,
Et esse tecum: sed tu, ait, quæso hunc prius,
Qui dormit infra, janitorem suscita,
Fores mihi ut recludat, unde ad te exeam.
Vocante Vulpe janitorem, prodiit
Canis agnitamque adortus adversariam,
Nil tale veritam, dente laniavit truci.

κ'. Αετὸς

κ΄. Ἀετὸς καὶ Ἀλώπηξ.

Ἀετὸς καὶ ἀλώπηξ φιλιωθέντες, πλησίον ἀλλήλων οἰκεῖν ἔγνωσαν, βεβαίωσιν φιλίας ποιούμενοι τὴν συνήθειαν. ὁ μὲν οὖν ἐφ᾽ ὑψηλοῦ δένδρου τὴν καλιὰν ἐπήξατο· ἡ δ᾽ ἀλώπηξ ἐν τοῖς ἔγγιστα θάμνοις ἐτεκνοποιήσατο. ἐπὶ νομὴν οὖν ποτε τῆς ἀλώπεκος προελθούσης, ὁ ἀετὸς τροφῆς ἀπορῶν, καταπτὰς ἐπὶ τὴν θάμνον, καὶ τὰ τέκνα ταύτης ἀναρπάσας, ἅμα τοῖς αὐτοῦ νεοττοῖς ἐθοινήσατο. ἡ δ᾽ ἀλώπηξ ἐπανελθοῦσα, καὶ τὸ πραχθὲν μαθοῦσα, οὐ τοσοῦτον ἐπὶ τῷ τῶν τέκνων ἠνιάθη θανάτῳ, ὅσον ἐπὶ τῷ τῆς ἀμύνης ἀπόρῳ· χερσαία γὰρ οὖσα, πτηνὸν διώκειν οὐχ οἵα τε ἦν. διὸ καὶ πόῤῥωθεν στᾶσα, τοῦθ᾽ ὃ καὶ τοῖς ἀδυνάτοις ἐστὶν εὔπορον, τῷ ἐχθρῷ κατηρᾶτο. οὐ πολλῷ δ᾽ ὕστερον, αἶγά τινων ἐπ᾽ ἀγροῦ θυόντων, καταπτὰς ὁ ἀετὸς, μέρος τι τῶν θυμάτων σὺν ἐμπύροις ἄνθραξιν ἥρπασε, κἀπὶ τὴν νεοττιὰν ἤγαγεν. ἀνέμου δὲ σφοδροῦ πνεύσαντος τηνικαῦτα, καὶ φλογὸς ἀναδοθείσης, οἱ ἀετιδεῖς ἄπτηνες ἔτι τυγχάνοντες, ὀπτηθέντες εἰς γῆν κατέπεσον. ἡ δ᾽ ἀλώπηξ ἐπιδραμοῦσα, ἐν ὄψει τοῦ ἀετοῦ πάντας κατέφαγεν.

20. *Aquila & Vulpes.*

VUlpes & Aquila amore junctæ mutuo,
Ut amicitia adoleſceret viciniâ,
Habitare decrevêre junctis ſedibus.
Et hæc quidem locavit alta in arbore
Nidum, illa vero in concavo ejus caudice.
Ita deinde fœtus utraque edidit ſuos.
Sed enim, profectâ Vulpe quondam ad pabulum,
Aquila fame incitata, nido devolans
In luſtra Vulpis, illius natos ſibi
Suiſque dulcem rettulit pullis cibum.
Reverſa Vulpes, fœditate cognitâ
Rei, atque rupti indignitate fœderis,
Quantum doloris atque luctûs ceperit,
Quamque impotenti incendio irarum arſerit,
Reputare quivis de ſuo ſenſu poteſt.
Nec vero acerba tam ſuorum liberûm
Dolebat illa morte, quam quòd aliti,
Terreſtris ipſa, non videbatur ferè
Unquam nocere poſſe, nec par reddere:
Quod ergo miſera poterat, illud ſcilicet
Faciebat, ut ſuperbam in adverſariam
Probra atque inanes rabida jactaret minas.

Sed

Sed non diu est læta ruptrix fœderis
Suâ insolenti injuriâ: nam rusticis
Capellam in agro forte sacrificantibus,
Illa advolans frustum involavit carnium,
Cui carbo candens è foco sacro hæserat:
Quod cum intulisset nido, is occultum aridus
Concepit ignem: dein coorto commodùm
Vento, excitata flamma in Aquilæ filios
Teneros adhuc & involucres sæviit:
Quos ustulatos decidentes arbore,
Spectante matre, & flente natorum vicem,
Duplici voravit læta Vulpes gaudio.

κα΄. Λέων καὶ Ὄνος καὶ Ἀλώπηξ.

Λέων καὶ ὄνος καὶ ἀλώπηξ κοινωνίαν ποιησάμενοι, ἐξῆλθον πρὸς ἄγραν. πολλῆς οὖν θήρας συλληφθείσης, προσέταξεν ὁ λέων τῷ ὄνῳ διελεῖν αὐτοῖς. ὁ δὲ τρεῖς μερίδας ποιησάμενος ἐκ τῶν ἴσων, ἐκλέξασθαι τούτους προὔτρεπετο. καὶ ὁ λέων θυμωθεὶς, τὸν ὄνον κατέφαγεν. εἶτα τῇ ἀλώπεκι μερίζειν ἐκέλευσεν. ἡ δ' εἰς μίαν μερίδα πάντα σωρεύσασα, ἑαυτῇ βραχύ τι κατέλιπε. καὶ ὁ λέων πρὸς αὐτὴν, τίς σε, ὦ βελτίστη, διαιρεῖν οὕτως ἐδίδαξεν; ἡ δ' εἶπεν, τοῦ ὄνου συμφορά.

21. *Leo, Asinus & Vulpes.*

INitâ societate Asinus, & Leo ac Vulpes,
Venatum iêre; cumque præda jam multa
Facta esset, atque hanc tres asellus in partes
Dividere jussus, ex bono esset atque æquo
Partitus, irâ Leo superbus exarsit:
Miserùmque divisorem atrociter sane
Doli mali atque iniquitatis accusans,
Discerptum, hianti condidit vorax alvo.
Rictu cruento deinde versus ad Vulpem,
Ut faceret æquas sedulò innuit partes.
Ea ferme ab una parte cuncta secrevit
Leoni: ab altera id sibi quod à tanta
Pauxillulum detractione restabat.
Tum gestiens Leo, Unde, ait, soror Vulpes
Es dividendo tam erudita communi?
Asini calamitas, exitusque lugubris
Me fecit, inquit illa, jureconsultam.

κβ'. Σῦς καὶ Κύων.

Σῦς καὶ κύων ἀλλήλοις διελοιδορεῦντο. καὶ ἡ μὲν σῦς ὤμνυε κατὰ τῆς Ἀφροδίτης, ἦ μὴν τοῖς ὀδοῦσιν ἀναῤῥήξειν τὴν κύνα. ἡ δὲ κύων πρὸς ταῦτα εἰρωνικῶς εἶπε, καλῶς κατὰ τῆς Ἀφροδίτης ἡμῖν ὀμνύεις. δηλοῖς γὰρ ὑπ' αὐτῆς ὅτι μάλιστα φιλεῖσθαι, ἣ τὸν τῶν σῶν ἀκαθάρτων σαρκῶν γευόμενον, οὐδ' ὅλως εἰς ἱερὸν προσίεται. καὶ ἡ σῦς, διὰ τοῦτο μὲν οὖν μᾶλλον δήλη ἐστὶν ἡ θεὸς στέργουσά με. τὸν γὰρ κτείναντα, ἢ ἄλλως λυμαινόμενον παντάπασιν ἀποστρέφεται· σὺ μέντοι κακῶς ὄζεις, καὶ ζῶσα καὶ τεθνηκυῖα.

22. *Sus & Canis.*

MAgnâ invicem contentione exarſerant
Sus & Canis, magnamque voce diſſonâ
Rixam ciebant, atque acerba jurgia.
Tandem ſuperbis exacerbatus minis
Sus, per Venerem, ait, ſi mihi perrexeris
Moleſtus eſſe, dente te transfodero.
Tum Canis amaris ſalibus aſpergens Suem,
Bene, inquit, atque appoſite eam juras deam,
Quæ te odit adeo, ut, qui ex tuâ impuriſſimâ
Carne ederit, eum illa arceat templo ſuo.
Immo potes, Sus inquit, hinc dignoſcere,
Quam diligit me diva, quæ hunc, qui læſerit
Me, quique carnes dente violarit meas,
Eum ut profanum nolit ad ſe admittere.

κγ'. Κόραξ.

Κόραξ νοσῶν ἔφη τῇ μητρί, μῆτερ, εὔχου τῷ θεῷ, καὶ μὴ θρήνει. ἡ δ' ὑπολαβοῦσα ἔφη, τίς σε, ὦ τέκνον, τῶν θεῶν ἐλεήσει; τίνος γὰρ κρέας ὑπὸ σοῦ γε οὐκ ἐκλάπη;

23. *Corvus & Mater.*

DEſtitutus Corvus æger mortis in periculo,
Anxius Matrem rogabat, ut ſalute pro ſua
Vota diis concepta ſupplex, & preces effunderet.
Nate mi, quid vota pro te, Mater inquit, proderunt,
Qui tibi omnes reddidiſti ſemper inſenſos deos?
Nam quis, obſecro, eſt eorum, cujus ex altaribus
Exta tu non involaris, ſacra non turbaveris?

κδ'. Ἄνθρωπος

κδʹ. Ἄνθρωπος καὶ Σάτυρος.

Ἄνθρωπός τις πρὸς σάτυρον, φιλίαν ποιησάμενος, συνεσθίων ἦν αὐτῷ. χειμῶνος δὲ καὶ ψύχους γενομένου, ὁ ἄνθρωπος τὰς χεῖρας αὐτοῦ προσφέρων τῷ στόματι ἀπέπνει. τοῦ δὲ σατύρου ἐπερωτήσαντος, δι' ἣν αἰτίαν τοῦτο πράττει, ἔφη, τὰς χεῖρας μου θερμαίνω ἐκ τοῦ κρύους. μετὰ μικρὸν δὲ ἐδέσματος θερμοῦ προσενεχθέντος, ὁ ἄνθρωπος προσφέρων τῷ στόματι, ἐφύσα αὐτό. πυνθανομένου δὲ πάλιν δι' ἣν αἰτίαν τοῦτο πράττει, ἔφη, τὸ ἔδεσμα καταψύχω. ὑπολαβὼν δὲ ὁ σάτυρος, ἀλλ' ἔγωγε, ἔφη, ἀπὸ τοῦ νῦν ἀποτάσσομαί σου τῆς φιλίας, ὅτι ἐκ τοῦ αὐτοῦ στόματος τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν ἐξάγεις.

24. *Homo & Satyrus.*

SAtyrus atque Homo fuerunt olim amici maximi :
Quorum amorem gratiamque casus hic scidit repens.
Sæviente aliquando brumâ cum manus gelidas Homo
Crebrò ad os suum admoveret, calidum agens anhelitum,
Satytus adspirationis causam ab illo quæsiit.
Frigidas, respondit ille, sic calefacio manus.
Postea, cœnante utroque, ut sæpe consuêrant, simul,
Forte cum venisset illuc ferculum ferventius,
Atque Homo afflavisset offæ quam sibi desumpserat,
Denuo causam rogatus hujus afflatûs sui,
Hoc modo refrigeravi, dixit, escam fervidam.
Satyrus hic irâ incitatus, Dehinc, ait, tecum mihi
Nulla consuetudo fuerit, nulla amicitiæ fides,
Qui mihi uno eodemque fundis ore calidum & frigidum.

κεʹ. Μυῖα.

Μυῖα ἐμπεσοῦσα εἰς χύτραν κρέατος, ἐπειδὴ ἀποπνίγεσθαι ἔμελλεν, ἔφη πρὸς ἑαυτήν, ἀλλ' ἔγωγε καὶ βέβρωκα, καὶ πέπωκα, καὶ λέλουμαι, κἂν ἀποθάνω οὐδέν μέλει μοι.

25. *Musca.*

IN carnium ollam Musca quondam decidit:
Ubi cum cibo potuque distenta ac madens,
Paulatim in alto jure sese cerneret
Pessum ire, mortemque imminere jam sibi,
Interrito, atque composito animo oppetens,
Ego tantum, ait, bibi, & comedi, & lavi, ut hunc
Satura exitum ferre haud moleste debeam.

κϛʹ. Ὄνος

κϛʹ. Ὄνος καὶ Ἵππος.

Ὄνος ἵππον ἐμακάριζεν, ὡς ἀφθόνως τρεφόμενον, καὶ ἐπιμελῶς, αὐτὸς μηδ' ἀχύρων ἅλις ἔχων, καὶ ταῦτα πλεῖστα ταλαιπωρῶν. ἐπεὶ δὲ καιρὸς ἐπέστη πολέμου, καὶ ὁ στρατιώτης ἔνοπλον ἀνέβη τὸν ἵππον, πανταχόσε τοῦτον ἐλαύνων· καὶ δὴ καὶ μέσον τῶν πολεμίων εἰσήλασε, καὶ ὁ ἵππος πληγεὶς ἔκειτο. ταῦτα ἑωρακὼς ὁ ὄνος, τὸν ἵππον μεταβαλλόμενος ἐταλάνιζεν.

26. *Asinus & Equus.*

ASinus beatum existimaverat quondam
Equum, quod affluenter hordeo pastus,
Habitusque semper eleganter, & laute,
Cutis nitore, obesiate membrorum,
Curam in se herilem, gratiamque præferret:
Cum ipse interim ne vilibus quidem posset
Paleis famem, & jejuna viscera implere,
Præsertim iniquâ sarcinâ fatigatus.
Sed enim, coorto forte bellico motu,
Cum armis opertum hero insidente vidisset
Equum apparari ad pugnam, & acriter sæpe
Calcaribus vexatum in hostium turmas
Agi; unde vulneratus, & gravi casu
Collapsus, animam vix trahebat afflictam;
Sententiam mutavit; suam sortem
Præ ejus miseria rursus haud malam duxit.

κζʹ. Κύνες λιμώττουσαι.

Κύνες λιμώττουσαι ὡς ἐθεάσαντο ἔν τινι ποταμῷ βύρσας βρεχομένας· μὴ δυνάμεναι αὐτῶν ἐφικέσθαι, συνέθεντο ἀλλήλοις ὅπως πρῶτον τὸ ὕδωρ ἐκπίωσιν, καὶ εἶθ' οὕτως ἐπὶ τὰς βύρσας παραγένωνται. συνέβη δὲ αὐτὰς πιούσας πρὶν διαῤῥαγῆναι, ἢ τῶν βυρσῶν ἐφικέσθαι.

27. *Canes famelici.*

STultum consilium non modo effectu caret,
Sed ad perniciem quoque mortales devocat.
Corium depressum in fluvio vidêrunt Canes:
Id ut comesse extractum possent facilius,
Aquam cœpêre bibere, sed rupti prius
Periêre, quam quod petierant, contingerent.

κηʹ. Ἀηδὼν

κη'. Ἀηδὼν καὶ Ἱέραξ.

Ἀηδὼν ἐπὶ δένδρου καθεζομένη, κατὰ τὸ εἰωθὸς ᾖδεν. ἱέραξ δὲ θεασάμενος, καὶ τροφῆς ἀπορῶν, συνείληφεν ἐπιπτάς. ἡ δ' ἀναιρεῖσθαι μέλλουσα, ἐδεῖτο τοῦ ἱέρακος μὴ βρωθῆναι· μηδὲ γὰρ ἱκανὴν εἶναι ἱέρακος γαστέρα πληρῶσαι· δεῖν δὲ αὐτὸν τροφῆς προσδεόμενον, ἐπὶ τὰ μείζω τῶν ὀρνέων τρέπεσθαι. καὶ ὁ ἱέραξ ὑπολαβὼν, εἶπεν, ἀλλ' ἔγωγε ἄφρων ἂν εἴην, εἰ τὴν ἐν χερσὶν ἑτοίμην τροφὴν ἀφεὶς, τὰ μὴ φαινόμενά πω διώκοιμι.

28. *Luſcinia & Accipiter.*

Dum querula opacam Luſcinia ſuper arborem
Dulci canoros voce modulatur ſonos;
Jejunus hanc inter canendum conſpicit
Accipiter, & nil tale metuentem rapit.
Suæ illa tremula tenuitati ut parceret
Implorat hoſtem; nempe ſe teneram fore, &
Gulæ rapacis alitis longè imparem.
Utilius eſſe in maximos avium greges
Vim facere, tantiſque aptiores faucibus.
Sic illa: contrà Accipiter; at me flectere
Tuæ illa linguæ nec valebit ſuavitas.
Me ſcilicet longè alitum ſtultiſſimum
Jure poteris vocare; ſi prædam meis
Certam unguibus dimitterem, incertam ſequens.

κθ'. Μιμώ.

Δύο γεννᾷ τέκνα μιμώ· καὶ τὸ μὲν ἓν ἀγαπᾷ, τὸ δ' ἕτερον μισεῖ. καὶ ὃ μὲν στέργει, ἀεὶ ἐν τοῖς κόλποις περιφέρουσα, καὶ πιέζουσα ἔνθεν κἀκεῖθεν, καὶ τοῦτο καταφιλοῦσα, ἀποπνίγει· ὃ δὲ μισεῖ καὶ διώκει, τοῦτο ἐν ταῖς ἐρημίαις ἀπελθὸν ζῇ καθ' αὑτό.

29. *Simia.*

Fœcunda geminos Simia infantes parit,
Illi noverca, huic mater: hunc ſinu fovet,
Hinc inde ſecum portat, & crebro oſculo
Arctiſque nimium amplexibus ſtringens necat.
Quin pulſus alter tranſigit ſolus dies,
Matriſque ſentit odium amore blandius.

λ'. Ἀλώπεκες.

Ἀλώπηξ ἐν παγίδι ληφθεῖσα, καὶ ἀποκοπείσης τῆς οὐρᾶς διαδρᾶσα, ἀβίωτον ὑπ' αἰσχύνης ἡγεῖτο τὸν βίον. ἔγνω οὖν καὶ τὰς ἄλλας ἀλώπεκας τοῦτ' αὐτὸ νουθετῆσαι, ὡς ἂν τῷ κοινῷ πάθει τὸ ἴδιον συγκαλύψειεν αἶσχος. καὶ δὴ πάσας ἀθροίσασα, παρῄνει τὰς οὐρὰς ἀποκόπτειν, ὡς οὐκ ἀπρεπὲς μόνον τοῦτο τὸ μέλος ὄν, ἀλλὰ καὶ περιττὸν βάρος προσηρτημένον. ὑπολαβοῦσα δέ τις αὐτῶν εἶπεν, ὦ αὕτη, ἀλλ' εἰ οὐ σοὶ τοῦτο προσέφερεν, οὐκ ἂν ἡμῖν αὐτὸ συνεβούλευες.

30. *Vulpes.*

Comprensa laqueo in sepe Vulpes abdito,
Implexam in evadendo caudam perdidit.
Id ei molestiæ, ac pudori tanto erat,
Uti sibi esse vitam acerbam duceret.
Tandem hoc remedii excogitavit, cæteris
Ut Vulpibus suaderet, ut caudas sibi,
Onus molestum, incommodumque abscinderent:
Ita publico dedecore tectum iri suum.
Ergo advocatâ concione Vulpium,
Hortari ad id vehementer illas institit.
Cui tum renidens una de popularibus,
An tu, quia istud expedit, soror, tibi,
Idcirco, ait, das cæteris hoc consilî?

λα'. Ἡμίονος.

Ἡμίονος ἐκ κριθῆς παχυνθεὶς, ἀνεσκίρτησε βοῶν καὶ λέγων, πατήρ μου ἐστὶν ἵππος ὁ ταχυδρόμος, κἀγὼ αὐτῷ ὅλος ἀφωμοιώθην. καί ποτε ἀνάγκης ἐπελθούσης τρέχειν, ἐπειδὴ τοῦ δρόμου ἐπαύσατο, τοῦ πατρὸς ὄνου εὐθὺς ὑπεμνήσθη.

31. *Mulus.*

Lascivientem plurimo hordeo Mulum
Quondam hæc superba cogitatio incessit.
Ego pulcher, inquit, ego celerrimus cursor,
Patrem habui equum, qui aurata fræna mandebat.
Hæc ille: sed mox, incidente currendi
Necessitudine, impeditus atque hærens,
Ad prima campi spatia restitit lassus;
Asinique patris est statim recordatus.

λβ΄. Βουκόλος.

Βουκόλος ἀγέλην ταύρων βόσκων, ἀπώλεσε μόσχον. περιελθὼν δὲ πᾶσαν τὴν ἔρημον, διέτεινεν ἐρευνῶν. ὡς δὲ οὐδὲν εὑρεῖν ἠδυνήθη, ηὔξατο τῷ Διΐ, ἂν τὸν λαβόντα μόσχον κλέπτην ὑποδείξῃ, ἔριφον εἰς θυσίαν προσάξειν. καὶ δὴ ἐρχόμενος εἴς τινα δρυμῶνα, εὑρίσκει λέοντα κατεσθίοντα τὸν μόσχον. ἔμφοβος οὖν γενόμενος, καὶ μέγα δειλιάσας, ἐπάρας τὰς χεῖρας αὐτοῦ εἰς τὸν οὐρανὸν, εἶπεν, ὦ δέσποτα Ζεῦ, ἐπηγγειλάμην σοὶ ἔριφον δώσειν, ἐὰν τὸν κλέπτην εὕρω· νῦν ταῦρόν σοι θύσειν ὑπισχνοῦμαι, ἐὰν τούτου τὰς χεῖρας ἐκφύγω.

32. *Armentarius.*

PEr confragosos forte saltus devium
Quærens juvencum errabat Armentarius,
Quem cum irrepertum, ab aliquo abactum crederet,
Hædum tibi mactare vovit, Jupiter,
Reperire furem si sibi concederes.
Ingressus inde proximam silvam, videt
Juvencum ibi ab leone lacerari suum.
Tum verò egenus consilî, ac tremens metu,
Supplex supinas sustulit cœlo manus:
Tibique, inquit, hædum voveram, alme Jupiter,
Si repperissem furem: opimum nunc bovem
Polliceor, ejus si manus evasero.

λγ΄. Σκώληξ καὶ Ἀλώπηξ.

Ὁ τῷ πηλῷ κρυπτόμενος σκώληξ, εἰς γῆν ἐξελθὼν, ἔλεγε πᾶσι τοῖς ζώοις, ἰατρὸς εἰμι φαρμάκων ἐπιστήμων, οἷός ἐστιν ὁ τῶν θεῶν ἰατρὸς Παίων. καὶ πῶς, εἶπεν ἀλώπηξ, ἄλλοις ἰώμενος, σ᾽αυτὸν χωλὸν ὄντα οὐκ ἰάσω;

33. *Vermis & Vulpes.*

EGressus olim Vermis è luteâ domo
Sic convocatis dixerat animalibus;
En! me peritum pharmaca ægrotis dare,
Divoque Pæoni Jovis medico parem.
Adeste quotquot indigetis nostrâ ope,
Ut certa vobis adhibeam medicamina.
Cui vafra sic Vulpecula; ô bone, cæteros
Sanare si possis, quid ipse claudicas?

λδʹ. Λύκος καὶ Ἄρς.

Λύκος θεασάμενος ἄρνα ἀπό τινος ποταμοῦ πίνοντα, τοῦτον ἠβουλήθη μετ᾽ εὐλόγου αἰτίας καταθοινήσασθαι; διόπερ στὰς ἀνωτέρω, ᾐτιάσατο αὐτὸν ὡς θολοῦντα τὸ ὕδωρ, καὶ πίνειν αὐτὸν μὴ ἐῶντα. τοῦ δὲ λέγοντος, τοῖς ἄκροις χείλεσι πίνειν, καὶ ἄλλως οὐ δυνατὸν αὐτοῦ ἑστῶτος κάτω, ἐπάνω ταράσσειν τὸ ὕδωρ, ὁ λύκος ἀποτυχὼν ταύτης τῆς αἰτίας, ἔφη, ἀλλὰ πέρυσι τὸν πατέρα μου ἐλοιδόρησας. εἰπόντος δὲ ἐκείνου μηδέ τοτε γενέσθαι, ὁ λύκος ἔφη πρὸς αὐτόν, ἐὰν σὺ εὐλογίας ἀπορεῖς, ἐγὼ δέ σε οὐ κήδομαι.

34. *Lupus & Agnus.*

AD rivum eundem Lupus & Agnus venerant
Siti compulsi: superior stabat Lupus,
Longeque inferior Agnus. Tunc fauce improbâ
Latro incitatus jurgii causam intulit.
Cur, inquit, turbulentam fecisti mihi
Aquam bibenti? Laniger contrà timens:
Quî possum, quæso, facere quod quereris, Lupe?
A te decurrit ad meos haustus liquor.
Repulsus ille veritatis viribus,
Ante hos sex menses, ait, maledixisti mihi.
Respondit Agnus: Equidem natus non eram.
Pater herculè tuus, inquit, maledixit mihi.
Atque ita correptum lacerat injustâ nece.
Hæc propter illos scripta est homines fabula,
Qui fictis causis innocentes opprimunt.

λεʹ. Μυῖαι.

Ἔν τινι ταμείῳ μέλιτος ἐκχυθέντος, μυῖαι προσπτᾶσαι κατήσθιον. ἐμπαγέντων δὲ τῶν ποδῶν αὐτῶν, ἀναπτῆναι οὐκ εἶχον. ἀποπνιγόμεναι δ᾽ ἔλεγον, ἄθλιαι ἡμεῖς, ὅτι διὰ βραχεῖαν βρῶσιν ἀπολλύμεθα.

35. *Muscæ.*

IN vasa mellis plena Muscæ convolant,
Dulcique luxuriant madentes pabulo.
Liquore sed mox implicata cereo,
Et glutinoso dum vident ligamine
Devincta crura: heu! nos misellas, inquiunt,
Pro dulci acerbum solvimus pretium cibo.

λϛʹ. Ἀλώπηξ

λϛ΄. Ἀλώπηξ καὶ Πίθηκος.

Ἐν συνόδῳ ποτὲ τῶν ἀλόγων ζώων ὠρχήσατο πίθηκος, καὶ εὐδοκιμάσας, βασιλεὺς ὑπ᾽ αὐτῶν ἐχειροτονήθη. ἀλώπηξ δὲ αὐτῷ φθονήσασα, ὡς ἔν τινι παγίδι κρέας ἐθεάσατο, τὸν πίθηκον λαβοῦσα, ἐνταῦθα ἤγαγεν, ὡς εὕροι μὲν αὐτὴ λέγουσα θησαυρὸν τοῦτον, μὴ μέντοι καὶ χρήσασθαι αὐτῷ· τῷ βασιλεῖ γὰρ τοῦτον ὁ νόμος δίδωσι. καὶ προὐτρέπετο αὐτὸν, ἅτε δὴ βασιλέα, τὸν θησαυρὸν ἀνελέσθαι. ὁ δ᾽ ἀπερισκέπτως προσελθὼν, καὶ συλληφθεὶς ὑπὸ τῆς παγίδος, ὡς ἐξαπατήσασαν, ἐμέμφετο τὴν ἀλώπεκα. ἡ δὲ πρὸς αὐτὸν, ὦ πίθηκε, τοιαύτην σὺ μωρίαν ἔχων, τῶν ἀλόγων βασιλεύσεις;

36. *Simius & Vulpes.*

Quadrupedum in cœtu cum ſaltaviſſet honeſtè
Simius, hunc illæ regem dominumque creārunt.
Tacta ſed invidiâ & ſenſu livoris iniqui
Vulpes vaſra, novum inſtituit pervertere regem.
Atque obſervatis ad opacum caſſibus antrum,
Huc illum adduxit, tanquam oſtenſura repertum
Ab ſe theſaurum, qui lege & moribus ipſi
Deberetur uti regi, rerumque potenti.
Credulus ille dolis inductus, & arte pelaſgâ,
Inconſultiùs approperans, in vincula ſeſe
Induit infelix, & opertis caſſibus hæſit,
Serò animadverſas fraudes, & perfida Vulpis
Conſilia incuſans. Cui Vulpes, ô bone, dixit,
Tune iſto malè ſano animo, tu ſenſibus iſtis
Quadrupedum rex eſſe audes, ſceptriſque potiri?

λζ΄. Λέων καὶ Βάτραχος.

Λέων ἀκούσας ποτὲ βατράχου μέγα βοῶντος, ἐπεστράφη πρὸς τὴν φωνὴν, οἰόμενος μέγα τι ζῶον εἶναι. προσμείνας δὲ μικρὸν, ὡς εἶδεν αὐτὸν προελθόντα τῆς λίμνης, προσελθὼν αὐτὸν κατεπάτησεν.

37. *Leo & Rana.*

Ranam in palude Leo coaxantem audiens
Clamore vaſto attonitus, atque ingens putans
Adeſſe monſtrum, prælio ſe comparat.
Mox exeuntem conſpicans Ranam luto,
Et vile calcans ſub pedibus animaleulum,
Tune (inquit indignans) Leonem territas?

λη'. Ἔλαφος καὶ Ἄμπελος.

Ἔλαφος κυνηγοὺς φεύγουσα ὑπ' ἀμπέλῳ ἐκρύβη. παρελθόντων δὲ ὀλίγον ἐκείνων, ἡ ἔλαφος τελέως ἤδη λαθεῖν δόξασα, τῶν τῆς ἀμπέλου φύλλων ἐσθίειν ἤρξατο. τούτων δὲ σειομένων, οἱ κυνηγοὶ ἀποστραφέντες, καὶ ὅπερ ἦν ἀληθὲς, νομίσαντες τῶν ζώων ὑπὸ τοῖς φύλλοις τι κρύπτεσθαι, βέλεσιν ἀνεῖλον τὴν ἔλαφον. ἡ δὲ θνήσκουσα, τοιαῦτ' ἔλεγε· δίκαια πέπονθα. οὐ γὰρ ἔδει τὴν σώσασάν με λυμαίνεσθαι.

38. *Cervus & Vitis.*

Vim venatorum fugeret cùm Cerva sequentum,
Frondea ramosæ subiens umbracula Vitis
Delituit: donec jam discedentibus illis,
Se rata jam tutam defunctamque esse periclo,
Ipsa suas ausa est morsu exagitare latebras,
Et sibi prætentas avidè decerpere frondes.
Quem motum ramorum, agitataque Vitea tecta
Conversi venatores cùm fortè viderent,
Illud opinati quod erat, sub fronde latentem
Esse feram, certis miseram fixêre sagittis.
Quæ moriens, calidoque animam cum sanguine fundens,
Jure, ait, hoc patior: neque enim unquam lædere, quæ me
Servârat, debebam, aut tales reddere grates.

λθ'. Λύκος καὶ Πρόβατον.

Λύκος ὑπὸ κυνῶν δηχθεὶς, καὶ κακῶς πάσχων, ἐβέβλητο. τροφῆς δὲ ἀπορῶν, θεασάμενος πρόβατον, ἐδεῖτο ποτὸν ἐκ τοῦ παραῤῥέοντος αὐτῷ ποταμοῦ κομίσαι. εἰ γὰρ σύ μοι, φησὶ, δώσεις ποτὸν, ἐγὼ τροφὴν ἐμαυτῷ εὑρήσω. τὸ δὲ ὑποτυχὸν, ἔφη, ἀλλ' ἐὰν ἐγὼ ποτὸν ἐπιδῶ σοι, σὺ καὶ τροφῇ μοι χρήσῃ.

39. *Lupus & Ovis.*

Lupus caninis vulneratus morsibus
Campo jacebat æger, & cibi indigens:
Ovemque spectans fluminis prope marginem,
Miserere, quæso, inquit, laborantem siti:
Tu modò liquoris guttulam mihi præbeas,
Possum ipse forsan comparare pabulum.
Probè, inquit Ovis, amice, novi; si tibi
Potum ministrem, me daturam etiam cibum.

μ'. Ὄνος ἄγριος.

ΟΝος ἄγριος ὄνον ἰδὼν ἥμερον ἔν τινι εὐηλίῳ τόπῳ, προσελθὼν αὐτὸν ἐμακάριζεν, ἐπί τε τῇ εὐεξίᾳ τοῦ σώματος, καὶ τῇ τῆς τροφῆς ἀπολαύσει. ὕστερον δὲ ἰδὼν αὐτὸν ἀχθοφοροῦντα, καὶ τὸν ὀνηλάτην ὄπισθεν ἑπόμενον, καὶ ῥοπάλοις αὐτὸν παίοντα, ἔφη, ἀλλ' ἔγωγε οὐκέτι σε εὐδαιμονίζω. ὁρῶ γὰρ, ὡς οὐκ ἄνευ κακῶν μεγάλων τὴν εὐδαιμονίαν ἔχεις.

40. *Asinus sylvestris.*

SYlvestris Asinus conspicans domesticum
Cutis nitore, & obesitate corporis
Splendescere, & pasci affluenter hordeo;
O te beatum, clamat, ô animalium
Gregi invidendum, mihique maximè omnium!
Sed mox iniquâ prægravatum sarcinâ,
Et malè dolatum fuste clunes aspero
Eundem Asellum rursus aspiciens, ait;
Ulteriùs at te vix beatum judico;
Nec tibi decorem invideo non nisi verberum
Pœnâ parandum & sarcinarum pondere:
Non tanti erit nitere, non pinguescere.

μα'. Ἀετός.

ΥΠεράνωθεν πέτρας ἀετὸς ἐκαθέζετο, λαγωὸν θηρεῦσαι ζητῶν. τοῦτον δέ τις ἔβαλε τοξεύσας. καὶ τὸ μὲν βέλος ἐντὸς αὐτοῦ εἰσῆλθεν· ἡ δὲ γλυφὴ σὺν τοῖς πτεροῖς πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν εἱστήκει. ὁ δὲ ἰδὼν, ἔφη, καὶ τοῦτό μοι ἑτέρα λύπη, τὸ τοῖς ἰδίοις πτεροῖς ἐναποθνήσκειν.

41. *Aquila.*

JEjuna prominenti Aquila saxo insidens
Intenta prædæ, missili artus cuspide
Trajecta supremos trahebat spiritus.
Mox in sagittâ conspicans pennam ex suis
Alis revulsam, è pectore gemitus ciens
Hæc verba fudit; ô! me in exitium meum
Spicula ministrantem; pereo enim ipsissimis
Quas protuli pennis: novo hoc mihi perculit
Furore mentem, & morte plus ipsâ dolet.

μβʹ. Βάτραχοι.

Βάτραχοι λυπούμενοι περὶ τῆς ἑαυτῶν ἀναρχίας, πρέσβεις ἔπεμψαν πρὸς τὸν Δία, βασιλέα αὐτοῖς παρασχεῖν. ὁ δὲ συνιδὼν τὴν εὐήθειαν, ξύλον εἰς τὴν λίμνην καθῆκεν. καὶ οἱ βάτραχοι, τὸ μὲν πρῶτον καταπλαγέντες τὸν ψόφον, εἰς τὰ βάθη τῆς λίμνης ἔδυσαν. ὕστερον δὲ, ὡς ἀκίνητον ἦν τὸ ξύλον, ἀναδύντες εἰς τοσοῦτον καταφρονήσεως ἦλθον, ὡς καὶ ἐπιβαίνοντες αὐτῷ ἐπικαθέζεσθαι. ἀναξιοπαθοῦντες δὲ τοιοῦτον ἔχειν βασιλέα, ἧκον ἐκ δευτέρου πρὸς τὸν Δία, καὶ τοῦτον παρεκάλουν ἀλλάξαι αὐτοῖς τὸν ἀρχηγόν· τὸν γὰρ πρῶτον λίαν εἶναι νωχελῆ καὶ ἀδόκιμον. ὁ δὲ Ζεὺς ἀγανακτήσας κατ' αὐτῶν, ὕδρον αὐτοῖς ἔπεμψεν, ὑφ' οὗ συλλαμβανόμενοι κατησθίοντο.

42. *Ranæ Regem postulantes.*

Athenæ quum florerent æquis legibus,
Procax libertas civitatem miscuit,
Frænumque solvit pristinum licentia.
Hinc conspiratis factionum partibus,
Arcem tyrannus occupat Pisistratus.
Quum tristem servitutem flerent Attici,
Non quia crudelis ille, sed quoniam grave
Omnino insuetis onus, & cœpissent queri,
Æsopus talem tum fabellam rettulit.

Ranæ vagantes liberis paludibus,
Clamore magno Regem petiêre à Jove,
Qui dissolutos mores vi compesceret.
Pater Deorum risit, atque illis dedit
Parvum tigillum, missum quod subitò vadis
Motu sonoque terruit pavidum genus.
Hoc mersum limo cùm jaceret diutiùs,
Fortè una tacitè profert è stagno caput,
Et explorato Rege, cunctas evocat.
Illæ timore posito certatim adnatant,
Lignumque supra turba petulans insilit:
Quod quum inquinassent omni contumeliâ,
Alium rogantes Regem misêre ad Jovem,
Inutilis quoniam esset qui fuerat datus.
Tum misit illis hydrum, qui dente aspero

Corripere cœpit ſingulas: fruſtra necem
Fugitant inertes: vocem præcludit metus.
Furtim igitur dant Mercurio mandata ad Jovem
Adflictis ut ſuccurrat. Tunc contra Deus,
Quia noluiſtis veſtrum ferre, inquit, bonum,
Malum perferte. Vos quoque, ô cives, ait,
Hoc ſuſtinete, majus ne veniat malum.

μγʹ. Δάμαλις καὶ Βοῦς.

Δάμαλις ἀγύμναστος βοῦν ἀροτριῶντα ἐταλάνιζε τοῦ κόπου, λέγουσα, ὦ πόσα κάμνεις καὶ ταλαιπωρεῖς· ὁ δὲ βοῦς ἐσίγα, καὶ τὴν αὔλακα ἔτεμνεν. ἐπεὶ δὲ οἱ ἀγρόται τοῖς Θεοῖς ἤθελον θύειν, ὁ μὲν γέρων βοῦς ἀποζευχθεὶς εἰς νομὴν ἀπελύθη· ὁ δὲ μόσχος σχοινίῳ εἵλκετο ἐπὶ τὸ τυθῆναι. ὁ δὲ βοῦς εἶπεν αὐτῷ, εἰς τοῦτο μὴ κάμνων ἐπηρώθης, καί σου τὸν τράχηλον μάχαιρα οὐ ζυγὸς τρίψει.

43. *Juvenca & Bos.*

JUvenca virides dum pererrat herbulas,
Et ludit exultim laboris immemor;
Conſpicit aratri onere fatiſcentem Bovem,
Et ridet indignans laborantem: en! ait,
Nitore quali noſtra ſplendeſcat cutis,
Quàm tota pingueſcam ſoluta vomere!
Tibi ecce macri corporis rubiginem,
Colloque inuſtas ſervitudinis notas!
Taciturnus hæc Bos pertulit convitia,
Animoque memori repoſuit. Sed protinùs
Agricola Divis comparat ubi victimam,
Demptis lupatis, in virenti paſcuo
Luxuriat alacer Bos; & hoſtia ducitur
Juvenca ad aras: ille tum ſuâ vice
Ridens, ait, quàm plena, quàm nitens tibi,
Juvenca, pellis; Diiſque quàm digniſſima!
Tu non aratri vomeriſve pondere
Oppreſſa ſudas; nempe non collum jugo
Agricola, ſed cultro ſacerdos conteret.

μδʹ. Λαγωοὶ καὶ Βάτραχοι.

Οἱ λαγωοί ποτε συνελθόντες, τὸν ἑαυτῶν πρὸς ἀλλήλους ἀπεκλαίοντο βίον, ὡς ἐπισφαλὴς εἴη, καὶ δειλίας πλέως· καὶ γὰρ καὶ ὑπ' ἀνθρώπων καὶ κυνῶν, καὶ ἀετῶν, καὶ ἄλλων πολλῶν ἀναλίσκονται. βέλτιον οὖν εἶναι θανεῖν ἅπαξ, ἢ διὰ βίου τρέμειν. τοῦτο τοίνυν κυρώσαντες, ὥρμησαν κατὰ τ' αὐτὸν εἰς τὴν λίμνην, ὡς εἰς αὐτὴν ἐμπεσούμενοι καὶ ἀποπνιγησόμενοι. τῶν δὲ καθημένων κύκλῳ τῆς λίμνης βατράχων, ὡς τὸν τοῦ δρόμου κτύπον ᾔσθοντο, εὐθὺς εἰς ταύτην εἰσπηδησάντων, τῶν λαγωῶν τις ἀγχινούστερος εἶναι δοκῶν τῶν ἄλλων, ἔφη, στῆτε, ἑταῖροι, μηδὲν δεινὸν ὑμᾶς αὐτοὺς διαπράξησθε· ἤδη, ὡς ὁρᾶτε, καὶ ἡμῶν ἕτερ' ἐστὶ ζῶα δειλότερα.

44. *Lepores & Ranæ.*

Lepores in unum congregati omnes locum
Miſcent querelas; & ſuæ infortunia
Vitæ recenſent, ſcilicet timoribus
Pleniſſimæ, atque obnoxiæ periculis:
Se nempe non ſolis virûm inſidiis capi,
Sed canibus eſcam, ſed venenoſo gregi
Serpentum, & aquilis inſuper prædam fore.
Unà ergo ſtatuunt, hoc ut evitent malum,
Statim impetu facto in paludem proximam
Simul inſilire; ſcilicet honeſtiùs rati
Semel perire, quàm metu aſſiduo mori.
Limoſa mox per arva turmatim ruunt;
Jamque appropinquantes paludis marginem,
Clamore ſubito territas Ranas vident
Seſe in lutoſas mittere undarum domos.
Hinc unus horum cæteris ſagacior
Siſtamus, ô ſocii, inquit, inconſultum iter,
Et deſtinata differamus funera;
Neque enim ſumus nos omnium timidiſſimi.
Noſtros enim haud minùs timent Ranæ impetus,
Quàm nos ſequentem horremus à tergo canem.

μεʹ. Ἄν-

με΄. Ἄνθρωπος καὶ Κύων.

Ἄνθρωπός τις ἡτοίμαζε δεῖπνον, ἑστιάσων τινὰ τῶν φίλων αὐτοῦ καὶ οἰκείων. ὁ δὲ κύων αὐτοῦ ἄλλον κύνα ἐκάλει, λέγων, ὦ φίλε, δεῦρο συνδείπνησόν μοι. ὁ δὲ προσελθὼν, χαίρων ἵστατο, βλέπων τὸ μέγαν δεῖπνον, βοῶν ἐν τῇ καρδίᾳ, βαβαὶ, πόση μοι χαρὰ ἄρτι ἐξαπιναίως ἐφάνη. τραφήσομαί τε γὰρ, καὶ εἰς κόρον δειπνήσω, ὥστε με αὔριον μηδαμῆ γε πεινᾶσαι. ταῦτα καθ' ἑαυτὸν λέγοντος τοῦ κυνὸς, καὶ ἅμα σείοντος τὴν κέρκον, ὡς δὴ εἰς τὸν φίλον θαρροῦντος, ὁ μάγειρος ὡς εἶδε τοῦτον ὧδε κἀκεῖσε τὴν κέρκον περιστρέφοντα, κατασχὼν τὰ σκέλη αὐτοῦ, ἔρριψε παραχρῆμα ἔξωθεν τῶν θυρίδων. ὁ δὲ καπὼν, ἀπῄει μεγάλως κράζων. τῶν τις δὲ κυνῶν τῶν καθ' ὁδὸν αὐτῷ συναντώντων, ἐπηρώτα, πῶς ἐδείπνησας φίλος; ὁ δὲ πρὸς αὐτὸν ὑπολαβὼν, ἔφη, ἐκ τῆς πολλῆς πόσεως μεθυσθεὶς ὑπὲρ κόρον, οὐδὲ τὴν ὁδὸν αὐτὴν ὅθεν ἐξῆλθον, οἶδα.

45. *Homo & Canis.*

Quidam hoſpitem accepturus, huic convivium
Lautum profuſis apparabat ferculis.
Canis quoque ejus, cùm ſuum æqualem Canem
Vocâſſet, in culinam herilem ſubſequi
Se juſſit: is tam ſplendidas ſpectans dapes,
Papæ, quot, inquit, hîc voluptates novæ?
Quantum repentè gaudii oblatum eſt mihi!
Quàm multa video, quamque opima fercula!
Quorum omnium jam implebor; & pulchrè ſatur
Famem univerſo hoc triduo non ſentiam.
Hæc cùm ille ſecum agitaret, & caudam ſimul
Motaret alacrem ludibundus, utpote
Favore fidens qui vocatoris ſui,
Jam delicatas ſpe voraviſſet dapes;
Coquus hunc repentè pedibus arreptum, gravi
Emiſit altas per feneſtras impetu.
Qui afflictus, atque perditus, flens, ejulans
Cùm abiret inde, huic alius occurrens Canis,
Ut opiparè cœnatus eſſet, quæſiit.
Sanè, inquit ille, tam madens, atque ebrius
Revertor, ac diſtentus, ut ne ipſam quidem,
Qua egreſſus inde ſum, viam animadverterim.

μϛ΄. Ἀλκυών.

Ἀλκυὼν ὄρνις ἐστὶ φιλέρημος, ἀεὶ τῇ θαλάττῃ διαιτωμένη. ταύτην λέγεται τὰς τῶν ἀνθρώπων θήρας φυλαττομένην, ἐν σκοπέλοις παραθαλαττίοις νεοττοποιεῖσθαι. καὶ δή ποτε τίκτειν μέλλουσα, ἐνεοττοποιήσατο. ἐξελθούσης δέ ποτε αὐτῆς εἰς νομὴν, συνέβη τὴν θάλασσαν ὑπὸ λάβρου κυμαλωθεῖσαν πνεύματος, ὑπεραρθῆναι τῆς καλιᾶς, καὶ ταύτην ἐπικλύσασαν, τοὺς νεοττοὺς διαφθεῖραι. ἡ δὲ ἐπανελθοῦσα καὶ γνοῦσα τὸ πραχθὲν, εἶπε, δειλαία ἔγωγε, ἥτις τὴν γῆν ὡς ἐπίβουλον φυλαττομένη, ἐπὶ ταύτην κατέφυγον, ἥ μοι πολλῷ γέγονεν ἀπιστοτέρα.

46. *Alcedo.*

ALcedo fugiens alitum conſortia
Privatum ad undas gaudet ævum ducere.
Hæc aucupantûm tremula (uti ferunt) dolos
Timens, marinæ rupis in cacumine
Nidumque pulloſque poſuit; atque inde exiens
Ad comparandum parvulo victum gregi
Iter capeſſit: interim imber ingruit
Violentus; & pluvialis adventu Jovis
Tumeſcit aqua; ſuperanſque ſcopuli verticem
Miſerè obruit tenellulas Alcedines.
Attonita mater hoc redux ſpectaculo,
O! me miſellam, exclamat; ego hominum dolos
Dum fugere volui, in gravius incidi malum.
Nam terra, quam timui, nihil damni intulit;
Atque unda, cui me credidi, male perdidit.

μζ΄. Κοχλίαι.

Γεωργοῦ παῖς ὤπτα κοχλίας. ἀκούσας δὲ αὐτῶν τριζόντων, ἔφη, ὦ κάκιστα ζῶα, τῶν οἰκιῶν ὑμῶν ἐμπιπραμένων, αὐτοὶ ᾄδετε.

47. *Cochleæ.*

IMpoſitas prunis Cochleas intentus & hærens
Filius agricolæ circumfuſo igne coquebat.
Illæ humore graves, & ſucco obſtante calori,
Edebant raucum tenui ſtridore ſonorem.
Tum puer irridens, ô ſtulta animantia, dixit;
Nunc canitis, veſtræ cùm flagrant ignibus ædes?

μή. Λέων καὶ Ὄνος.

Λέων καὶ ὄνος κοινωνίαν θέμενοι ἐξῆλθον ἐπὶ θήραν. γενομένων δὲ αὐτῶν κατά τι σπήλαιον ἐν ᾧ αἶγες ἄγριαι, ὁ μὲν λέων πρὸ τοῦ στομίου στὰς, ἐξιούσας τὰς αἶγας συνελάμβανεν. ὁ δὲ ὄνος ἔνδον εἰσελθὼν ἐνήλατο αὐταῖς, καὶ ὠγκᾶτο ἐκφοβεῖν βουλόμενος. τοῦ δὲ λέοντος τὰς πλείστας συλλαβόντος, ἐξελθὼν ἐκεῖνος ἐπυνθάνετο αὐτοῦ εἰ γενναίως ἠγωνίσατο, καὶ τὰς αἶγας ἐξεδίωξεν. ὁ δὲ εἶπεν, ἀλλ' εὖ ἴσθι ὅτι κἀγὼ ἄν σε ἐφοβήθην, εἰ μὴ ᾔδειν σε ὄνον ὄντα.

48. *Asinus & Leo venantes.*

Virtutis expers verbis jactans gloriam,
Ignotos fallit, notis est derisui.
Venari Asello comite quum vellet Leo,
Contexit illum frutice, & admonuit simul
Ut insuetâ voce terreret feras,
Fugientes ipse exciperet. Hic auriculas
Clamore subito tollit totis viribus,
Novoque turbat bestias miraculo;
Quæ dum paventes, exitus notos petunt,
Leonis afficiuntur horrendo impetu.
Qui postquam cæde fessus est, Asinum evocat,
Jubetque vocem premere: tunc ille insolens:
Qualis videtur tibi opera hæc vocis meæ?
Insignis, inquit, sic ut nisi nossem tuum
Animum, genusque, simili fuissem in metu.

μθ'. Κορυδαλός.

Κορυδαλὸς εἰς πάγην ἁλοὺς, θρηνῶν ἔλεγεν, οἴμοι τῷ ταλαιπώρῳ καὶ δυστήνῳ πτηνῷ. οὐ χρυσὸν ἐνοσφισάμην τινὸς, οὐκ ἄργυρον, οὐκ ἄλλό τι τῶν τιμίων· κόκκος δὲ σίτου μικρὸς τὸν θάνατόν μοι προὐξένησεν.

49. *Cassita.*

Cassita laquei deprehensa nexibus,
O! me misellam, exclamat, ô virûm dolos
Parùm merentem! nempe non ego perfidis
Rapui vel argentum vel aurum fraudibus.
Heu! unicum me perdidit granum hordei.

ν΄. Ἀλώπηξ καὶ Βάτος.

Ἀλώπηξ φραγμὸν ἀναβαίνουσα, ἐπειδὴ ὀλισθήσασα καταπίπτειν ἔμελλεν, ἐπελάβετο πρὸς βοήθειαν βάτου. καὶ δὴ τοὺς πόδας ἐπὶ τοῖς ἐκείνης κέντροις αἱμάξασα καὶ ἀλγήσασα πρὸς αὐτὴν εἶπεν, οἴμοι, καταφυγούσαν με γὰρ ἐπὶ σε ὡς ἐπὶ βοηθὸν, σὺ χεῖρον διέθηκας. ἀλλ' ἐσφάλης, ὦ αὕτη, φησὶν ἡ βάτος, ἐμοῦ βουληθεῖσα ἐπιλαβέσθαι, ἥτις πάντων ἐπιλαμβάνεσθαι εἴωθα.

50. *Vulpes & Rubus.*

Excelſam Vulpes ſepem conſcenderat horti:
Unde gradu inſtabili, & titubante per ardua plantâ,
Apprendit caſura Rubum; ille infeſtus acutis
Sentibus incautæ pupugit veſtigia Vulpis.
Quæ malè multata, & plantas laniata cruentas,
Incuſare Rubum, probriſque inceſſere cœpit;
Quòd ſibi, ad ejus opem quæ confugiſſet in arctis
Rebus, inhumano nocuiſſet barbarus auſu:
Cui Rubus; Immò, ait, imprudens planè ipſa fuiſti
Me apprendendo, alios omnes qui apprendere ſuevi.

να΄. Χύτραι.

Χύτρας ὀστρακίνην καὶ χαλκῆν ποταμὸς κατέφερεν. ἡ δὲ ὀστρακίνη τῇ χαλκῇ ἔλεγεν· μακρόθεν μου κολύμβα καὶ μὴ πλησίον. ἐὰν γάρ μοι συμπροσψαύσεις, κατακλῶμαι· κἄν τε ἐγὼ μὴ θέλουσα προσψαύσω.

51. *Ollæ duæ ænea & fictilis.*

Duas trahebat amnis Ollas, æneam
Unam, alteram autem fictilem.
Sed ahena, proprio prægravata pondere,
Sibique porro præcavens,
Suadere cœpit anteeunti fictili,
Conjungi uti vellet ſibi,
Quo rabidum aquarum ſuſtinerent impetum
Junctis utrinque viribus.
Cui fictilis, tua mihi, ait, vicinitas
Non admodum placet, ſoror:
Nam ſive te mihi unda, ſive me tibi
Propè adnatantem illiſerit,
Ut ſoſpitem te dura præſtabit cutis,
Fragilem meam ſic conteret.

νβ΄. Δεσπότης καὶ Κύνες.

Ἀνήρ τις ὑπὸ χειμῶνος ἐν τῷ αὐτοῦ προαστείῳ ἀπολειφθεὶς, πρῶτα μὲν τὰ πρόβατα κατέφαγεν, εἶτα τὰς αἶγας. τοῦ δὲ χειμῶνος ἐπικρατοῦντος, καὶ τοὺς ἐργάτας βοῦς σφάξας, ἐθοινήσατο. οἱ δὲ κύνες ταῦτα ἰδόντες, διελέχθησαν πρὸς ἀλλήλους, φεύγωμεν ἀλλ᾽ ἡμεῖς γε ἐντεῦθεν· εἰ γὰρ τῶν ἐργατῶν βοῶν ὁ δεσπότης ἡμῶν οὐκ ἐφείσατο, πῶς ἡμῶν φείσεται;

52. *Herus & Canes.*

HIberna nimbo continente tempestas
Quendam suo deprendit in suburbano.
Is primùm Oves, tandem comedit & Capras:
Postremò, tempestate perseverante,
Operarios quoque instituit Boves vesci.
Quod ubi Canes vidêre, territi sanè,
Interque sese clam timore mussantes,
Quantum potest fugiamus, inquiunt: nam qui
Ne operariis pepercerit quidem Bobus,
Nobisne eum putamus esse parsurum?

νγ΄. Ὄνος καὶ Κόραξ.

Ὄνος ἡλκωμένος τὸν νότον, ἔν τινι λειμῶνι ἐνέμετο. κόρακος δὲ ἐπικαθίσαντος αὐτῷ, καὶ τὸ ἕλκος ξαίνοντος, ὁ ὄνος ὀγκᾶτο καὶ ἥλατο. τοῦ δὲ ὀνηλάτου πόῤῥωθεν ἱσταμένου καὶ γελῶντος, λύκος παριὼν αὐτὸν εἶδε, καὶ ἔφη, ἄθλιοι ἡμεῖς, οἳ κἂν μόνον ὀφθῶμεν αὐτῷ διωκόμεθα, τούτῳ δὲ καὶ προσγελῶσιν.

53. *Asinus, Corvus & Lupus.*

EXulceratus dorsum Asellus errabat
Per prata: cujus ulcera advolans Corvus
Tundente rescindebat improbus rostro.
Rudebat ille, fœda labra distorquens:
Crebrosque calces præ dolore jactabat.
Morsum ulcerum repetente sæpius Corvo,
Spectaculum sanè elegans agasoni
Visum, ut profusos solveretur in risus,
Quod intuens è proximâ Lupus silvâ,
Me miserum, ait, quem si vel eminus tantùm
Vident, acerbè persequuntur; huic vero
Noxam quoque admittenti amanter arrident.

νδʹ. Ἀλεκτρυόνες καὶ Πέρδιξ.

Ἀλεκτρυόνας τις ἔχων ἐπὶ τῆς οἰκίας, πριάμενος καὶ πέρδικα, σὺν ἐκείνοις ἀφῆκε νέμεσθαι. τῶν δὲ τυπτόντων αὐτὸν, καὶ ἀπελαυνόντων, ἐκεῖνος ἠθύμει σφόδρα, νομίζων ὡς ἀλλόφυλος ταῦτα πάσχειν ὑπὸ τῶν ἀλεκτρυόνων. ὡς δὲ μετὰ μικρὸν, κἀκείνους ἑώρακε μαχομένους, καὶ ἀλλήλους κόπτοντας, τῆς λύπης ἀπολυθεὶς, εἶπεν, ἀλλ᾽ ἔγωγε ἀπὸ τοῦ νῦν οὐ λυπήσομαι, ὁρῶν καὶ αὐτοὺς μαχομένους ἀλλήλοις.

54. *Galli & Perdix.*

PErdicem eâdem in corte cum Gallis ſimul
Collocat alendam agricola: quin illi hoſpitem
Communi inermem arcent feroces pabulo,
Et ruſticam indignis avem excipiunt modis.
Ægrè illa cœpit ferre contumeliam,
Vocatque barbaros, & hoſpitibus feros.
At mox ruentes conſpicans civilia
In bella, mutuoque cæſos vulnere;
Multùm inde ſe ſolatur, & ridens, ait,
Ita in ſeipſos invicem cùm ſæviant;
Non miror aliis quòd favere neſciant.

νεʹ. Ἀλώπηξ καὶ Κροκόδειλος.

Ἀλώπηξ καὶ Κροκόδειλος ἠμφισβήτουν περὶ εὐγενείας. πολλὰ δὲ τοῦ κροκοδείλου ὑπερήφανα περὶ τῆς τῶν προγόνων διεξιόντος λαμπρότητος, ὡς γεγυμνασιαρχηκότων, ἡ ἀλώπηξ ὑπολαβοῦσα, ὦ τὰν, εἶπεν, ἀλλὰ κἂν μὴ λέγῃς, ἀλλ᾽ ἀπὸ τοῦ δέρματος γε φαίνῃ, ὡς ἐκ παλαιῶν ἐτῶν εἶ γε γεγυμνασμένος.

55. *Vulpes & Crocodilus.*

ACerrima olim concitabant jurgia
Crocodilus & Vulpes; uter ab origine
Deſcenderet præclariore; hic intumet,
Variaſque numerat familiæ antiquæ notas;
Et longa deducit parentum ſtemmata,
Qualeſque geſſerint honores prædicat.
Jocoſa quem ſic excipit Vulpecula;
Verbis quid opus eſt? nempe ſi nil dixeris,
Haud dubia avorum inſignia in tergo geris.

νϛ'. Κομπαστής.

Ἀνήρ τις ἀποδημήσας, εἶτα δὲ πάλιν πρὸς τὴν ἑαυτοῦ γῆν ἐπανελθὼν, ἄλλα τε πολλὰ ἐν διαφόροις ἀνδραγαθηκέναι χώραις ἐκόμπαζε, καὶ δὴ κἀν τῇ Ῥόδῳ πεπηδηκέναι πήδημα, οὗ οὐδεὶς τῶν ἐπ' αὐτοῦ δυνατὸς ἂν εἴη πηδῆσαι· πρὸς τοῦτο δὲ καὶ μάρτυρας τοὺς ἐκεῖ παρόντας ἔλεγεν ἔχειν. τῶν δὲ παρόντων τις ὑπολαβὼν, ἔφη, ὦ οὗτος, εἰ ἀληθὲς τοῦτ' ἔστιν, οὐδὲν δεῖ σοι μαρτύρων· ἰδοὺ Ῥόδος, ἰδοὺ καὶ τὸ πήδημα.

56. *Jactator.*

Quidam à peregrinatione longinquâ
Domum reversus, multa strenuè facta
Ab se in peregrinatione, jactabat.
Inter quæ, eum saltâsse se Rhodi saltum;
Quem æquare nullus ex ea urbe quivisset:
Hujusque testes facti habere se multos
Sanè graves idoneosque dicebat.
Cui tum ex corona quidam, Amice, quid testes
Adducis, inquit, cùm probare re possis?
Nam si utique verum est, quod refers; fidem nobis
Res ipsa faciat: en Rhodus tibi, en saltus.

νζ'. Νεβρός.

Νεβρός ποτε πρὸς τὴν ἔλαφον εἶπε, πάτερ, σὺ καὶ μείζων καὶ ταχύτερος κυνῶν πέφυκας, καὶ κέρατα πρὸς τούτοις ὑπερφυᾶ φέρεις πρὸς ἄμυναν· τί δήποτ' οὖν οὕτω τούτους φοβῇ; κἀκεῖνος γελῶν εἶπεν, ἀληθῆ μὲν ταῦτα φῂς, τέκνον· ἓν δ' οἶδα, ὡς ἐπειδὰν κυνὸς ὑλακὴν ἀκούσω, αὐτίκα πρὸς φυγὴν οὐκ οἶδ' ὅπως ἐκφέρομαι.

57. *Hinnulus.*

Cervo Hinnulus olim filius dixit patri:
Et major es tu canibus, & velocior,
Et ardua alacri fronte gestas cornua:
Cur ergo, quæso, tam times eos pater?
Cui cervus, Hæc quæ de me, ait, fili, refers,
Sunt vera fateor; multa nobis contulit
Natura, multis provida instruxit bonis:
Sed ego latratum canis ubi primùm audio:
Tum, vi abditâ quâdam, in pavorem, & in fugam
Agor, inque pedibus omne præsidium est mihi.

νη΄. Ἵππος καὶ Ὄνος.

Ἄνθρωπός τις εἶχεν ἵππον καὶ ὄνον. ὁδευόντων δὲ, ἐν τῇ ὁδῷ, εἶπεν ὁ ὄνος τῷ ἵππῳ, ἆρον ἐκ τοῦ ἐμοῦ βάρους, εἰ θέλεις εἶναί με σῶον. ὁ δὲ οὐκ ἐπείσθη. ὁ δὲ ὄνος πεσὼν ἐκ τοῦ κόπου ἐτελεύτησε. τοῦ δὲ δεσπότου πάντα ἐπιθέντος αὐτῷ, καὶ αὐτὴν τοῦ ὄνου δορὰν, θρηνῶν ὁ ἵππος ἐβόα, οἴμοι τῷ παναθλίῳ, τί μοι συνέβη τῷ ταλαιπώρῳ; μὴ θελήσας γὰρ μικρὸν βάρος λαβεῖν, ἰδοὺ ἅπαντα βαστάζω, καὶ τὸ δέρμα.

58. *Equus & Asinus.*

EQuus atque Asellus, servientes uni hero,
Uterque propriâ onustus ibat sarcinâ:
Sed Asellus adeò jam gravabatur suâ,
Ut cogeretur partis alicujus sibi
Supplex levamen ab sodali exposcere:
Quo denegante, præ labore concidens
Miser supremum Asellus egit halitum.
Tum verò, ut Asini sarcina, & corium insuper
Equo ad priorem sarcinam sunt addita,
Miserum ille se vocabat, atque perditum:
Nam qui levare contubernalem meum
Parte oneris, inquit, nolui, nunc omnia
Gesto, atque corium, tertiæ instar sarcinæ.

νθ΄. Κόραξ καὶ Ὄφις.

Κόραξ τροφῆς ἀπορῶν, ὡς κατεῖδεν ἔν τινι εὐηλίῳ τόπῳ ὄφιν κοιμώμενον, τοῦτον καταπτὰς ἥρπασε. τοῦ δὲ ἐπιστραφέντος καὶ δακόντος αὐτὸν, ἀποθνήσκειν μέλλων εἴρηκε, δείλαιος ἔγωγε, ὃς τοιοῦτον εὗρον ἕρμαιον, ἐξ οὗ καὶ ἀπόλλυμαι.

59. *Corvus & Serpens.*

SErpentem aprico conspicatus in loco
Somno gravatum Corvus escam quæritans,
Allapsus uncis occupârat unguibus:
Cumque ille vertens se, inque gyrum colligens
Hunc dente perculisset irritabili;
Moribundus & flens Corvus, En cujusmodi
Reperi lucrum, inquit, quo miser me perdidi?

ξ΄. Κορώνη

ξ'. Κύκνος.

Ἀνὴρ εὐπορῶν χῆνά τε ἅμα καὶ κύκνον ἔτρεφεν, οὐκ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς μέντοι· τὸν μὲν γὰρ ᾠδῆς, τὸν δὲ τραπέζης ἕνεκεν. ἐπεὶ δὲ ἔδει τὸν χῆνα παθεῖν ἐφ' οἷς ἐτρέφετο, νὺξ μὲν ἦν, καὶ διαγινώσκειν ὁ καιρὸς οὐκ ἀφῆκεν ἑκάτερον. ὁ δὲ κύκνος ἀντὶ τοῦ χηνὸς ἀπαχθεὶς, ᾄδει τι μέλος, θανάτου προοίμιον· καὶ τῇ μὲν ᾠδῇ μηνύει τὴν φύσιν, τὴν δὲ τελευτὴν διαφεύγει τῷ μέλει.

60. *Cygnus.*

DUas opima cors alebat alites,
Cygnum, anseremque candidum;
Ut ille dulce ferret auribus melos,
At hic obesa viscera
Gulæ exhiberet, ergo ut hunc hero in cibum
Parare jussus est coquus,
Loco anseris Cygnum inscius prehenderat,
Colore falsus alitum.
At ille funus, ut solent Cygni, in suum
Suave carmen ordiens,
Ita agnitus, gravique mortis impiæ
Solutus est periculo.

ξα'. Ἀλώπηξ καὶ Λέων.

Ἀλώπηξ μή πω θεασαμένη λέοντα, ἐπειδὴ κατά τινα τύχην αὐτῷ συνήντησε, τὸ μὲν πρῶτον οὕτως ἐφοβήθη, ὡς μικροῦ καὶ ἀποθανεῖν· ἔπειτα τὸ δεύτερον θεασαμένη, ἐφοβήθη μὲν, οὐ μὴν ὡς τὸ πρότερον· ἐκ τρίτου δὲ τοῦτον θεασαμένη, οὕτως αὐτοῦ κατεθάῤῥησεν, ὡς καὶ προσελθοῦσα, διαλεχθῆναι.

61. *Vulpes & Leo.*

HOrrenda primùm cùm Leonis efferi
Aspexit ora, præ metu Vulpes ferè
Animam reliquit: viso eo rursum obvio,
Timuit quidem illa, sed minùs multò tamen:
Denique datum in conspectum eum jam tertiò
Contempsit adeò, ut non adire sit modò,
Sed alloqui quoque ausa familiariter.

ξβʹ. Ἑρμῆς καὶ Ἀγαλματοποιός.

Ἑρμῆς γνῶναι βουλόμενος ἐν τίνι τιμῇ παρ᾽ ἀνθρώποις ἐστὶν, ἧκεν εἰς ἀγαλματοποιοῦ, ἑαυτὸν εἰκάσας ἀνθρώπῳ· καὶ θεασάμενος ἄγαλμα τοῦ Διὸς, ἠρώτα, πόσου τις αὐτὸ πρίασθαι δύναται. τοῦ δὲ εἰπόντος, δραχμῆς, γελάσας, πόσου τὸ τῆς Ἥρας, ἔφη. εἰπόντος δὲ, πλείονος, ἰδὼν καὶ τὸ ἑαυτοῦ ἄγαλμα, καὶ νομίσας ὡς ἐπειδὴ ἄγγελός ἐστι θεῶν καὶ κερδῷος, πολὺ αὐτοῦ παρὰ τοῖς ἀνθρώποις εἶναι τὸν λόγον, ἤρετο περὶ αὐτοῦ. ὁ δὲ ἀγαλματοποιὸς ἔφη, ἐὰν τούτους ὠνήσῃ, καὶ τοῦτον προσθήκην σοὶ δίδωμι.

62. *Mercurius & Statuarius.*

VIsurus olim, quanti apud homines foret
Mercurius, ora versus in mortalia,
Sese in tabernam contulit Statuarii.
Inspectâ ubi tonantis effigie Jovis,
Quanti, rogavit: utque drachma, comperit,
Clàm vilitatem patris irrisit sui.
Inspectâ item Junonis, aliquantò ampliùs
Pretium ejus esse, quàm prioris, audiit.
Postremò contemplatus & statuam suam,
Existimansque se esse longè maximi,
Quòd lucra præstet, quòd sit interpres deûm,
Pretium indicari petiit & sui sibi.
Statuarius tum dixit: Hasce si emeris,
Et hanc tibi, hospes, additamentum dabo.

ξγʹ. Ῥοιὰ καὶ Μηλέα.

Ῥοιὰ καὶ μηλέα περὶ κάλλους ἤριζον. πολλῶν δὲ ἀμφισβητήσεων μεταξὺ γενομένων, βάτος ἐκ τοῦ πλησίον ἀκούσασα φραγμοῦ, παυσώμεθα, εἶπεν, ὦ φίλαι, ποτὲ μαχόμεναι.

63. *Punica & Malus.*

LItes movebant malus olim Punica
Malusque vulgaris; utra honore frondium
Fructûsve copiâ alteri præcelleret:
Has fortè rubus ex sepe vicinâ audiens,
Cùm nobiles sumus, inquit, altæque arbores,
Cur, obsecro, inter nosmet ita contendimus?

ξδʹ. Νυκτερίς

ξδ'. Νυκτερὶς καὶ Γαλῆ.

Νυκτερὶς ἐπὶ γῆς πεσοῦσα, ὑπὸ γαλῆς συνελήφθη· καὶ μέλλουσα ἀναιρεῖσθαι, περὶ σωτηρίας ἐδεῖτο. τῆς δὲ φαμένης, μὴ δύνασθαι αὐτὴν ἀπολῦσαι, φύσει γὰρ πᾶσι τοῖς πτηνοῖς πολεμεῖν· αὐτὴ ἔλεγεν, οὐκ ὄρνις, ἀλλὰ μῦς εἶναι· καὶ οὕτως ἀφείθη. ὕστερον δὲ πάλιν πεσοῦσα, καὶ ὑφ' ἑτέρας συλληφθεῖσα γαλῆς, μὴ βρωθῆναι ἐδεῖτο. τῆς δὲ εἰπούσης, ἅπασιν ἐχθραίνειν μυσὶν, αὐτὴ μὴ μῦς, ἀλλὰ νυκτερὶς ἔλεγεν εἶναι· καὶ πάλιν ἀπελύθη. καὶ οὕτω συνέβη δὶς αὐτὴν ἀλλαξαμένην τὸ ὄνομα, σωτηρίας τυχεῖν.

64. *Vespertilio & Mustela.*

Lapsam ex aëre avem, cui sero ab vespere nomen,
Cùm Mustela rapax laniare insensa pararet,
Hæc vitæ usuram supplex, veniamque petebat.
Olli Mustelâ se parcere posse negante,
Quod cunctis naturâ inimica volucribus esset.
Illa implumem alvum lactantiaque ubera pandens,
Atque ita non volucrem, sed murem se esse professa,
Dimissa est sospes, & aperto reddita cœlo.
Hæc eadem in rapidos paulo pòst incidit ungues
Alterius Mustelæ: & ab hac quoque mittier orans
Audiit æternum cum muribus esse duellum
Mustelis, proin spem veniæ deponeret omnem.
Illa sed ostentans tenues, pennæ alitis instar,
Membranas tergo hærentes, sese esse volucrem,
Non murem asseruit: dimissaque rursus in auras,
Sic commutato bis nomine nacta salutem est.

ξε'. Γεωργὸς καὶ Ὄφις.

Γεωργὸς χειμῶνος ὥραν, ὄφιν εὑρὼν ὑπὸ κρύους πεπηγότα, τοῦτον λαβὼν, ὑπὸ κόλπου κατέθετο. θερμανθεὶς δὲ ἐκεῖνος καὶ ἀναλαβὼν τὴν ἰδίαν φύσιν, ἔπληξε τὸν εὐεργέτην.

65. *Homo & Colubra.*

Qui fert malis auxilium, post tempus dolet.
Gelu rigentem quidam Colubram sustulit,
Sinuque fovit contra se ipse misericors.
Namque ut refecta est necuit hominem protinus.
Hanc alia quum rogaret causam facinoris;
Respondit; Ne quis discat prodesse improbis.

ξϛʹ. Ξυλευόμενος καὶ Ἑρμῆς.

Ξυλευόμενός τις παρά τινι ποταμῷ τὸν οἰκεῖον ἀπέβαλε πέλεκυν. ἀμηχανῶν τοίνυν παρὰ τὴν ὄχθην καθίσας ὠδύρετο. Ἑρμῆς δὲ μαθὼν τὴν αἰτίαν, καὶ οἰκτείρας τὸν ἄνθρωπον, καταδὺς εἰς τὸν ποταμὸν χρυσοῦν ἀνήνεγκε πέλεκυν, καὶ εἰ οὗτός ἐστιν ὃν ἀπώλεσεν ἤρετο. τοῦ δὲ μὴ τοῦτον εἶναι φαμένου, αὖθις καταβὰς ἀργυροῦν ἀνεκόμισε. τοῦ δὲ μηδὲ τοῦτον εἶναι τὸν οἰκεῖον εἰπόντος, ἐκ τρίτου καταβὰς ἐκεῖνον τὸν οἰκεῖον ἀνήνεγκε. τοῦ δὲ τοῦτον ἀληθῶς εἶναι τὸν ἀπολωλότα φαμένου, Ἑρμῆς ἀποδεξάμενος αὐτοῦ τὴν δικαιοσύνην, πάσας αὐτῷ ἐδωρήσατο. ὁ δὲ παραλαβόμενος πάντα τοῖς ἑταίροις τὰ συμβάντα διεξεληλύθει. ὧν εἷς τις τὰ ἴσα διαπράξασθαι ἐβουλεύσατο· καὶ παρὰ τὸν ποταμὸν ἐλθών, καὶ τὴν οἰκείαν ἀξίνην ἐξεπίτηδες ἀφεὶς εἰς τὸ ῥεῦμα, κλαίων ἐκάθητο. ἐπιφανεὶς οὖν ὁ Ἑρμῆς κἀκείνῳ, καὶ τὴν αἰτίαν μαθὼν τοῦ θρήνου, καταβὰς ὁμοίως χρυσῆν ἀξίνην ἐξήνεγκε, καὶ ἤρετο, εἰ ταύτην ἀπέβαλε. τοῦ δὲ σὺν ἡδονῇ, καὶ ἀληθῶς ἥδ' ἐστὶ φήσαντος, μισήσας ὁ Θεὸς τὴν τοσαύτην ἀναίδειαν, οὐ μόνον ἐκείνην κατέσχεν, ἀλλ' οὐδὲ τὴν οἰκείαν ἀπέδωκεν.

66. Lignator & Mercurius.

PRopter amnem ligna cædens, cùm securim Rusticus
Fortè lapsam perdidisset in profundo gurgite,
Lacrymis suum dolere cæpit infortunium:
Cui benignam opem misertus obtulit Cyllenius,
Et statim urinatus, imo ab usque fundo fluminis
Auream efferens securim, num ejus esset, quæsiit.
Ille enimverò negavit: proinde rursus quæreret.
Tum Deus reversus alti stagna in amnis infima,
Alteramque emersus inde proferens argenteam,
Id quod antè sciscitatus, id quod antea, audiit:
Ferream demum securim sedulò expiscatus est.
Quam recepit ille lætus, atque gratias agens.
At Deus, viri probatâ integritate simplicis,
Auream huic, argenteamque muneri ultrò tradidit.
Quæ suis cùm deinde amicis rettulisset Rusticus,
Unus ex iis cogitavit per dolum ditare se:
Atque eundemmet profectus in locum, quod fecerat
Fortuitò homo ille simplex ut securim amitteret,
Id suapte sponte fecit ipse per fallaciam.
Huic item Deus quærenti de securi perditâ,

Atque flenti & ejulanti se repertorem offerens,
Cùm securim in amne mersus extulisset auream,
Hæccine est tua anima, dixit? tum ille totus gestiens,
Hæc mea ipsa ait profecto est; hæc mea ipsa ipsissima;
Hanc Deus tantam perosus hominis impudentiam,
Tradere auream securim non recusavit modò:
Ferream sed reddere illi propriam ejus noluit.

ξζ'. Κύων καὶ Λύκος.

Κύων πρὸ ἐπαύλεώς τινος ἐκάθευδε· λύκου δ' ἐπιδραμόντος, καὶ βρῶμα μέλλοντος θύσειν αὐτὸν, ἐδεῖτο μὴ νῦν αὐτὸν καταθῦσαι. νῦν μὲν γὰρ, φησὶ, λεπτός εἰμι καὶ ἰσχνός· ἂν δὲ μικρὸν ἀναμείνῃς, μέλλουσιν οἱ ἐμοὶ δεσπόται ποιήσειν γάμους, κἀγὼ τηνικαῦτα πολλὰ φαγὼν, πιμελέστερος ἔσομαι, καὶ σοὶ ἡδύτερον βρῶμα γενήσομαι. ὁ μὲν οὖν λύκος πεισθεὶς ἀπῆλθε. μεθ' ἡμέρας δ' ἐπανελθὼν, εὗρεν ἄνω ἐπὶ τοῦ δώματος τὸν κύνα καθεύδοντα, καὶ στὰς κάτωθεν πρὸς ἑαυτὸν ἐκάλει, ὑπομιμνήσκων αὐτὸν τῶν συνθηκῶν. καὶ ὁ κύων, ἀλλ' ὦ λύκε, εἰ τὸ ἀπὸ τοῦδε πρὸ τῆς ἐπαύλεώς με ἴδοις καθεύδοντα, μηκέτι γάμους ἀναμείνῃς.

67. *Canis & Lupus.*

CAnem ante stabuli dormientem januam
Lupus irruens cùm devoraturus foret,
Ille ejulans vocesque flebiles ciens,
Ne se comesset, deprecabatur Lupum:
Aut certè, ait, (nam & tenuis alioqui, ut vides,
Macerque sum) da mihi, obsecro, brevem moram:
Domi enim meæ cras sunt futuræ nuptiæ,
Ubi, ad affluentes pinguis effectus dapes,
Opimior tibi esca ero, ac jucundior.
Persuasus his, dimisit incolumem Canem
Lupus; revertens inde post aliquot dies,
Eum cubantem parte in excelsâ domûs,
Cùm infernè clamans excitavisset, datæ
Fidei admonebat, atque pacti fœderis.
Ibi tum ille ridens subdolè, Si me, ô Lupe,
Unquam ante stabulum dormientem inveneris;
Ne nuptias dehinc, inquit, expectaveris.

ξη΄. Αλώπηξ καὶ Κόραξ.

Κόραξ κρέας ἁρπάσας ἐπί τινος δένδρου ἐκάθισεν. ἀλώπηξ δὲ τοῦτον ἰδοῦσα καὶ βουληθεῖσα περιγενέσθαι τοῦ κρέατος, στᾶσα κάτωθεν ἐπῄνει αὐτὸν, ὡς εὐμεγεθὲς καὶ καλὸν ὄρνεον λέγουσα, καὶ θηρευτικόν καὶ εὔμορφον· καὶ ὅτι ἥρμοζέ σοι βασιλέα εἶναι ὀρνέων, εἰ καὶ φωνητικὸς ὑπῆρχες· ἀλλ᾽ ὦ ποῖον ὄρνεον, καὶ ἄλαλον ὑπάρχει. ὁ δὲ κόραξ ἀκούσας ταῦτα καὶ χαυνωθεὶς τοῖς ἐπαίνοις, ῥίψας τὸ κρέας, μεγάλως ἐκεκράγει. ἡ δὲ ἀλώπηξ δραμοῦσα καὶ λαβοῦσα τὸ κρέας, ἔφη πρὸς αὐτόν, ἔχεις κόραξ ἅπαντα· νοῦς δέ γε λείπει.

68. *Vulpes & Corvus.*

Qui se laudari gaudet verbis subdolis
Ferè dat pœnas turpi pœnitentiâ.
Quum de fenestrâ Corvus raptum caseum
Comesse vellet celsâ residens arbore,
Hunc vidit Vulpes, dehinc sic occœpit loqui:
O qui tuarum, Corve, pennarum est nitor!
Quantum decoris corpore & vultu geris?
Si vocem haberes, nulla prior ales foret.
At ille stultus, dum vult vocem ostendere,
Emisit ore caseum, quem celeriter
Dolosa Vulpes avidis rapuit dentibus.
Tum demum ingemuit Corvi deceptus stupor.
Hâc re probatur quantum ingenium valet;
Virtute semper prævalet sapientia.

ξθ΄. Αἴλουρος καὶ Ὄρνεις.

Αἴλουρος ἀκούσας ἔν τινι αὐλαίᾳ, ὡς ἔπαυλαι ὄρνεις νοσοῦσι, σχηματισθεὶς ἑαυτὸν εἰς ἰατρὸν, καὶ τὰ τῆς ἐπιστήμης προσφέρων ἐργαλεῖα παρεγένετο. καὶ στὰς πρὸ τῆς ἐπαύλεως, ἐπυνθάνετο πῶς ἔχοιεν. αἱ δὲ ὑποτυχοῦσαι, καλῶς, ἔφησαν, ἐὰν σὺ ἐντεῦθεν ἀπαλλαγῇς.

69. *Felis & Gallinæ.*

Morbo impeditæ olim laborabant gravi
Gallinæ, & ægræ continebant se domi:
Hoc audiebat Felis, & medici induens
Vestes & ora, accessit illas visere:
Stansque ante januam, rogavit comiter
Quomodo se haberent: cognitis illæ dolis
Benè, inquiunt, nobiscum erit, modò tu abeas.

ο΄. Νυκτερὶς καὶ Βάτος καὶ Αἴθυια.

Νυκτερὶς καὶ βάτος καὶ αἴθυια ἑταιρείαν ποιησάμεναι, ἐμπορικὸν διέγνωσαν βίον ζῆν. ἡ μὲν οὖν νυκτερὶς ἀργύριον δανεισαμένη, κατέθηκεν εἰς τὸ μέσον· ἡ δὲ βάτος ἐσθῆτα μεθ᾽ ἑαυτῆς ἔλαβεν, ἡ δὲ αἴθυια τρίτη χαλκόν, καὶ ἀπέπλευσαν. χειμῶνος δὲ σφοδροῦ γενομένου, καὶ τῆς νεὼς περιτραπείσης, πάντα ἀπολέσαντες, αὐτοὶ ἐπὶ τὴν γῆν διεσώθησαν. ἐξ ἐκείνου τοίνυν ἡ μὲν αἴθυια τοῖς αἰγιαλοῖς ἀεὶ παρεδρεύει, μή που τὸν χαλκὸν ἐκβάλλῃ ἡ θάλαττα. ἡ δὲ νυκτερὶς τοὺς δανειστὰς φοβουμένη, τῆς μὲν ἡμέρας οὐ φαίνεται, νύκτωρ δ᾽ ἐπὶ νομὴν ἔξεισιν. ἡ δὲ βάτος τῆς τῶν παριόντων ἐσθῆτος ἐπιλαμβάνεται, εἴ που τὴν οἰκείαν ἐπιγνοίη ζητοῦσα.

70. *Vespertilio, Rubus & Mergus.*

Mercaturæ olim socii, vasa ænea Mergus,
Vestimenta rubus, argentum fœnore sumptum
Bestia, quæ mures inter volucresque locatur,
Contulerant; atque his oneratâ mercibus alno,
Vela dabant læti, minuente pericula lucro:
Cùm subitò miseros immanis adorta procella
Vorticibus rapidis navim cum mercibus hausit.
Ipsi udi, atque inopes, vix fluctibus evasêrunt.
Ex illo Mergus spumosa ad litora servat,
Si quà unda allidens, sua reddat ab æquore vasa.
Obvia vestimenta rubus per rura vagantum,
Si sua fortè recognoscat, scabro ungue retentat.
At Vespertilio, longo quæ tempore debet
Argenti summam, spatiis fœnebribus auctam,
Luce appellari metuens, clàm nocte vagatur.

οα΄. Κύων κρέας Φέρων.

Κύων κρέας φέρων ποταμὸν διέβαινε· θεασάμενος δὲ τὴν ἑαυτοῦ σκιὰν ἐπὶ τοῦ ὕδατος, ὑπέλαβεν ἕτερον κύνα εἶναι κρέας κατέχοντα· καὶ ἀφεὶς τὸ ἴδιον, ὥρμησε τὸ ἐκείνου λαβεῖν· ἀπώλεσε δὲ ἀμφότερα. τὸ μὲν οὖν οὐκ ἦν· ὃ δὲ κατεῖχεν ὑπὸ τοῦ ῥεύματος κατεσύρετο.

71. *Canis natans.*

Amittit meritò proprium qui alienum appetit.
Canis per flumen carnem dum ferret natans,
Lympharum in speculo vidit simulacrum suum,
Aliamque prædam ab alio perferri putans,
Eripere voluit: verum decepta aviditas,
Et quem tenebat ore dimisit cibum;
Nec quem petebat, adeò potuit attingere.

οβ′. Κορώνη καὶ Κύων.

ΚΟρώνη Ἀθηνᾷ θύουσα, κύνα ἐπὶ ἑςίασιν ἐκάλει. ὁ δὲ πρὸς αὐτὴν ἔφη, τί μάτην τὰς θυσίας ἀναλίσκεις; ἡ γὰρ Θεὸς οὕτω σε μισεῖ, ὡς καὶ τὴν σὴν σωτηρίαν σοι οἰωνῶν τὴν πίστιν περιελεῖν. καὶ ἡ κορώνη πρὸς αὐτὸν, διὰ τοῦτο μᾶλλον αὐτῇ θύω, ἵνα διαλλαγῇ μοι.

72. *Cornix & Canis.*

COrnix Minervæ ſacrificans, epulis Canem
Convivam adhibuit: ille amicè eam monens,
O bona, quid opus eſt tàm tibi iratæ Deæ
Te ſacra facere? perdis, inquit, victimas:
Abjecit illa te, & peculiaribus
Omnem fidem abrogavit auguriis tuis.
Tu cætera ex hoc conjice, & dijudica.
Tum magnum ab alto corde agens ſuſpirium
Cornix, Scio, inquit, quæ refers de odio Deæ:
Ego tamen neutiquam animum deſpondeo:
Quin potius id ago, ut ſacrificando & munera
Crebro offerendo, mitigem iratam Deam,
Offenſionemque obſequelâ leniam.

ογ′. Ταὼς καὶ Κολιός.

ΤΩν ὀρνίθων βουλομένων ποιῆσαι βασιλέα, ταὼς ἑαυτὸν ἠξίου διὰ τὸ κάλλος χειροτονεῖν. αἱρουμένων δὲ τοῦτον πάντων, κολιὸς ὑπολαβὼν ἔφη, ἀλλ᾽ εἰ σοῦ βασιλεύοντος ἀετὸς ἡμᾶς καταδιώκειν ἐπιχειρήσει, πῶς ἡμῖν ἐπαρκέσεις;

73. *Pavo & Monedula.*

REgi creando cùm comitia avium forent,
Blando petebat Pavo prenſans ambitu,
Suas opes, ſuamque pulchritudinem
Jactans, & admirandum honorem corporis:
Et jam propè unâ mente centuriæ alitum
In gratiam Pavonis inclinaverant:
Suffragia inhibens cùm Monedula, Heus tu, ait,
Formoſe, ſi, te rege, nos aquila impetat,
Quo pacto opem ferre, aut tueri nos putes?

οδ΄. Βάτραχοι.

Δύο βάτραχοι ἀλλήλοις ἐγειτνίων. ἐνέμοντο δέ, ὁ μὲν εἰς ἐν βαθείᾳ, καὶ πόῤῥω τῆς ὁδοῦ, λίμνῃ· ὁ δὲ ἐν ὁδῷ, μικρὸν ὕδωρ ἔχων. καὶ δὴ τοῦ ἐν τῇ λίμνῃ θατέρῳ παραινοῦντος πρὸς αὐτὸν μεταβῆναι, ὡς ἂν ἀσφαλεστέρας διαίτης μεταλάβῃ, ἐκεῖνος οὐκ ἐπείθετο, λέγων, δυσαποσπάστως ἔχειν τῆς τοῦ τόπου συνηθείας, ἕως οὗ συνέβη ἅμαξαν παρελθοῦσαν αὐτὸν συνθλάσαι.

74. *Ranæ.*

Ranæ duæ inter se propinquis sedibus
Ætatem agebant, altera in viâ obtinens
Parvam lacunam, devium stagnum altera.
Sed in æstuosâ solis impotentiâ,
Tum cùm arva radiis, orbitæ fervent rotis,
Admonuit hæc vicinam, ut illum deserens
Periculosum planè, & infestum locum,
Domicilium transferret in stagnum suum.
Illa asserens, sese unicâ dulcedine
Ejus teneri, ubi egerat vitam, loci,
Migrare renuit: donec illam transiens
Gravis sonante currus obtrivit rotâ.

οε΄. Ἀνὴρ καὶ ἑταιρίδες.

Ἀνήρ τις μέσην ἔχων ἡλικίαν, δύο εἶχεν ἑταίρας, μίαν μὲν γραῦν, τὴν δὲ ἑτέραν νέαν· τούτῳ ἡ μὲν γραῦς τὰς μέλανας τρίχας ἔτιλλεν, ὡς γέροντα τοῦτον θέλουσα· ἡ δὲ νέα, τὰς πολιάς, ἕως ἂν αὐτὸν φαλακρὸν ἐποίησαν, καὶ ὄνειδος ἁπάντων.

75. *Repentè calvus.*

A Fœminis utcunque spoliari viros,
Ament, amentur, nempe exemplis discimus.
Ætatis mediæ cuidam, mulier non rudis
Tegebat annos, celans elegantiâ:
Animosque ejusdem pulcra juvenis ceperat.
Ambæ videri dum volunt illi pares,
Capillos homini legere cœpêre invicem.
Quum se putaret pingi curâ mulierum,
Calvus repente factus est, nam funditùs
Canos puella, nigros anus evellerat.

οϛʹ. Αἴλουρος καὶ Μύες.

Ἐν οἰκίᾳ τινὶ πολλῶν μυῶν ὄντων, αἴλουρος τοῦτο γνοὺς ἧκεν ἐνταῦθα, καὶ καθέκαστον αὐτῶν συλλαμβάνων κατήσθιεν. οἱ δὲ καθ' ἑκάστην ἑαυτοὺς ἀναλισκομένους ὁρῶντες, ἔφασαν πρὸς ἀλλήλους, μηκέτι κάτω κατέλθωμεν, ἵνα μὴ παντάπασιν ἀπολώμεθα· τοῦ γὰρ αἰλούρου μὴ δυναμένου δεῦρο ἐξικνεῖσθαι, ἡμεῖς σωθησόμεθα. ὁ δὲ αἴλουρος μηκέτι τῶν μυῶν κατιόντων, ἔγνω δι' ἐπινοίας αὐτοὺς σοφιζόμενος ἐκκαλέσασθαι· καὶ δὴ ἀπὸ πασσάλου τινὸς ἑαυτὸν ἀναβὰς ἀπῃώρησε, καὶ προσεποιεῖτο νεκρὸν εἶναι. τῶν δὲ μυῶν τις παρακύψας, καὶ ἰδὼν αὐτὸν, ἔφη, ὦ οὗτος, κἂν θύλαξ γένῃ, οὐ προσελεύσομαί σοι.

76. *Felis & Mures.*

Murium vis magna in unis ævum agebat ædibus:
Qui videntes Felis astu se in dies absumier,
Hoc suis cœpêre rebus remedii, ut excelsissimam
Ædium partem tenerent hosti inaccessam suo.
Quod salubre constitutum Muribus servantibus,
Hunc vicissim excogitavit callidus Feles dolum,
Ut tigillo prominenti pariete ex domestico,
Applicans pedes supinos, capite deorsum pendulo,
Mortuum simularet; hunc sic pendulum unus Murium
Tecto ab alto conspicatus, Nec si, ait, tam mortuum
Te viderem, ut follis ex te fieret, unquam fiderem.

οζʹ. Ἵππος καὶ Ἱπποκόμος.

Κριθὴν τοῦ ἵππου ὁ ἱπποκόμος κλέπτων καὶ πωλῶν, τὸν ἵππον ἔτριβε καὶ ἐκτένιζε πάσας ἡμέρας· ἔφη δὲ ὁ ἵππος, εἰ θέλεις ἀληθῶς καλὸν εἶναί με, τὴν κριθὴν τὴν τρέφουσαν μὴ πώλει.

77. *Equus & Equiso.*

Subductum Equo hordeum dum Equiso vendidit,
Comebat assiduè & fricabat bestiam,
Et cuncta dedit abundè præter pabulum:
Cui tandem Equus; si vis mea nitescat cutis,
Minus habeam strigilis, ait, plus hordei.

οη'. Μῦες καὶ Γαλαῖ.

Μυσὶ καὶ γαλαῖς πόλεμος ἦν. ἀεὶ δὲ οἱ μῦες ἡττώμενοι, ἐπειδὴ συνῆλθον εἰς ταυτὸν, ὑπέλαβον ὅτι δι' ἀναρχίας τοῦτο πάσχουσιν. ὅθεν ἐπιλεξάμενοι στρατηγοὺς ἐχειροτόνησαν. οἱ δὲ βουλόμενοι ἐπισημότεροι τοῖς ἄλλοις εἶναι, κέρατα κατασκευάσαντες ἑαυτοῖς συνῆψαν. ἐν στάσης δὲ τῆς μάχης συνέβη πάντας τοὺς μῦας ἡττηθῆναι· οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ῥαδίως εἰσέδυον. οἱ δὲ στρατηγοὶ μὴ δυνάμενοι εἰσελθεῖν διὰ τὰ κέρατα, ἀναλαμβανόμενοι κατησθίοντο.

78. *Pugna Murium & Mustelarum.*

QUum victi Mures Mustelarum exercitu
Fugerent, & arctos circum trepidarent cavos,
Ægrè recepti, tamen evasêrunt necem.
Duces eorum, ut qui capitibus cornua
Suis ligârant, ut conspicuum in prælio
Haberent signum quod sequerentur milites,
Hæsêre in portis, suntque capti ab hostibus,
Quos immolatos victor avidis dentibus
Capacis alvi mersit tartareo specu.
Quemcunque populum tristis eventus premit,
Periclitatur magnitudo principum:
Minuta plebes facili præsidio latet.

οθ'. Ὄρνις καὶ Χελιδών.

Ὄρνις ὄφεως ὠὰ εὑροῦσα, ἐπιμελῶς ἐκθερμάνασα ἐξεκόλαψε. χελιδὼν δὲ θεασαμένη αὐτὴν, ἔφη, ὦ ματαία, τί ταῦτα τρέφεις, ἅπερ αὐξηθέντα ἀπὸ σοῦ πρώτης τοῦ ἀδικεῖν ἄρξεται;

79. *Gallina & Hirundo.*

GAllina cùm serpentis ova nacta esset,
Ea diligenter fovit, atque ab iis fœtus
Exclusit, id prætervolans eâ fortè
Hirundo conspicata, Cur, ait, demens
Hos alere tendis, qui ubi adoleverint, abs te,
Tuoque capiti injuriam auspicabuntur?

π'. Κό-

π΄. Κώνωψ καὶ Λέων.

Κώνωψ πρὸς λέοντα ἐλθὼν εἶπεν, οὐδὲ φοβοῦμαί σε, οὐδὲ δυνατώτερός μου εἶ. εἰ δὲ μή, τί σοί ἐστιν ἡ δύναμις; ὅτι ξύεις τοῖς ὄνυξι, καὶ δάκνεις τοῖς ὀδοῦσι; τοῦτο καὶ γυνὴ τῷ ἀνδρὶ μαχομένη ποιεῖ. ἐγὼ δὲ λίαν ὑπάρχω σου ἰσχυρότερος. εἰ δὲ θέλεις, ἔλθωμεν καὶ εἰς πόλεμον. καὶ σαλπίσας ὁ κώνωψ, ἐνεπήγετο δάκνων τὰ περὶ τὰς ῥίνας αὐτοῦ ἄτριχα πρόσωπα. ὁ δὲ λέων τοῖς ἰδίοις ὄνυξι κατέλυεν ἑαυτόν, ἕως οὗ ἠγανάκτησεν. ὁ κώνωψ δὲ νικήσας τὸν λέοντα, καὶ σαλπίσας, καὶ ἐπινίκιον ᾄσας, ἔπτατο. ἀράχνης δὲ δεσμῷ ἐμπλακείς, ἐσθιόμενος ἀπωδύρετο, ὅτι μεγίστοις πολεμῶν, ὑπὸ εὐτελοῦς ζώου τῆς ἀράχνης ἀπώλετο.

80. *Culex & Leo.*

APrica campi ſpatia perſultans Leo
Torvè intuetur, territoſque abigit greges:
Hunc intumentem parvus accedens Culex
Túne, inquit, ille es rex ferarum? tu gravis
Terror nemoris? aſt ego neque tibi viribus
Animiſve cedam; nempe virtutis nihil
Aut roboris habes, præter ungues aſperos,
Denteſque acutos, arma non niſi fœminis
Jactanda. Sed ego fortitudine nobili
Armiſque polleo; en! paratum jam vides
Ad bella: ſi mecum auſus es contendere,
Accede; ſentieſque quantum viribus
Te ſuperem. Ea petulantis animalis Leo
Voce excitatus, concutit frendens jubam,
Dudum reportans de Culice victoriam.
Fatale ſed mox dederat ubi ſignum tuba
Bellantibus; in arenam uterque protinùs
Deſcendit; & gravi Leo ruit impetu
Violentus: interea Culex in lævibus
Mordens inhæret naribus, & aculeo
Miſerè Leonem pungit: ille pulverem
Hinc inde ſpargit, calcibuſque verberat
Auras, hianſque immane rugit; atque unguibus
Suum ipſe lacerans corpus incaſſum furit.
Leone mox vel omnium ſententiis
Victo, triumphum cecinit inſultans Culex,
Et victor avolavit: at latè ſuam

Hinc

Hinc inde jactat dum superbus gloriam,
Structis araneæ implicatur cassibus.
Moriturus heu! me, inquit, miserum & inglorium:
Quem non Leo domuit, peremit aranea.

πα΄. Ἀλώπηξ καὶ Δρυτόμος.

Ἀλώπηξ κυνηγοὺς φεύγουσα, καὶ ἐν ἐρημίᾳ πολὺν δρόμον ἀνύουσα, ἄνδρα δρυτόμον εὑρίσκει ἐν ταύτῃ, ὃν καθικέτευε τοῦ κρύψαι αὐτήν. τοῦ δὲ ὑποδείξαντος αὐτῇ τὴν ἑαυτοῦ καλύβην, εἰσελθοῦσα ἐκρύπτετο εἰς τὰς γωνίας. τῶν δὲ κυνηγετῶν ἐλθόντων καὶ ἐρωτώντων τὸν ἄνδρα, οὗτος τῇ μὲν φωνῇ ἠρνεῖτο μηδὲν εἰδέναι, τῇ δὲ χειρὶ αὐτοῦ τὸν τόπον ὑπεδείκνυ. οἱ δὲ μὴ προσχόντες, ἀπῆλθον παραχρῆμα. ὡς οὖν εἶδεν αὐτοὺς ἡ ἀλώπηξ παρελθόντας, ἐξῆλθεν οὐ προσφωνοῦσα. μεμφομένου δὲ αὐτὴν ἐκείνου, ὡς σωθεῖσαν μὲν δι' αὐτοῦ, χάριτας δὲ αὐτῷ οὐχ ὁμολογοῦσαν· ἡ ἀλώπηξ ἐπιστραφεῖσα ἔφη, ὦ οὗτος, ἀλλ' ἔγωγε ᾔδειν ἄν σοι χάριτας, εἰ τοῖς λόγοις ὅμοια καὶ τὰ ἔργα τῆς χειρὸς, καὶ τοὺς τρόπους εἶχες.

81. *Vulpes & Lignator.*

Canes virosque persequentes dum fugit
Vulpecula, in sylva laborantem videt
Lignarium; oratque sibi aliquod ostenderet
Latibulum, quo paululùm reponere
Lassata membra posset: hic blandè suum
Monstrans tugurium, illic jubet divertere.
Ingressa Vulpes delitescit in angulo,
Secum revolvens quas viro persolveret
Servata grates: interim venantium
Clamosa turba sequitur, atque hominem rogat
Conspexeritne transeuntem istâ viâ
Vulpeculam? ille voce simulatâ negat
Vidisse, sed manu suam ostentat casam.
Hi indicia digiti negligentes magno iter
Clamore prosequuntur; & Vulpecula
Quæ perfidi probè noverat dolum viri
Nihil allocuta egreditur: atque huic rusticus
Sic insalutatum relinquis hospitem?
Has reddis, inquit, gratias? cui callida
Respondet illa; fateor equidem, vir bone,
Debere me tibi gratias quamplurimas:
Tuum os, fatendum est, callidè mendax fuit;
O si tacuerit garrula nimium manus!

πβ'. Χήρα καὶ Πρόβατον.

ΕΝ τόπῳ τινὶ χήρα τις εἶχε πρόβατον. τούτου δὲ τὸν πόκον θέλουσα λαβεῖν, ἔκειρεν ἀτέχνως, σὺν τῷ μαλλῷ καὶ τὴν σάρκα ψαλίζουσα. τὸ δὲ πρόβατον ἀλγοῦν ἔλεγε, τί με βλάπτεις; πόσον γὰρ ὀλίγον τὸ ἐμὸν αἷμα προσθήσει; καὶ εἰ μὲν κρεῶν, ὦ δέσποινα, χρήζεις, μάγειρος ἔστω, ὅς με συντόμως θύσει· εἰ δὲ ἐρίου καὶ πόκου, κουρεὺς ἔστω, ὃς καὶ πάλιν κερεῖ με καὶ σώσει.

82. *Vidua & Ovis.*

IN tenui quondam Mulier paupercula agello
Unicam alebat Ovem; cujus dum ſumere vellus
Impensè optabat, curvato forcipe dextram
Armata, ignoto ſe operi accingebat; Ovemque
Tondebat, reſecans unà cum vellere carnem.
Hæc miſeris lacerata modis, rivoque cruenta
Purpureo; quid me lædis? quid cuſpide acutâ
Pellem, inquit, terebras? tanquam deglubere velles,
Non tondere. At me vel totam interfice, ſi vis,
Vel ſanam omninò ſerva. Quòd ſi tibi noſtrâ
Carne opus eſt, adſit coquus; at ſi vellere, tonſor.

πγ'. Ὗς καὶ Κύων.

ὙΣ καὶ κύων περὶ εὐτοκίας ἤριζον. ἔφη δὲ ἡ κύων, εὔτοκος εἶναι μάλιστα πάντων τῶν πεζῶν. καὶ ἡ ὗς ὑποτυχοῦσα, πρὸς ταῦτά φησιν, ἀλλ' ὅταν τοῦτο λέγῃς, ἴσθι ὅτι καὶ τυφλοὺς τοὺς σαυτῆς σκύλακας τίκτεις.

83. *Sus & Canis.*

Fœcunditatem prædicabant dum ſuam
Sus & Canis: túne, inquit hæc, auſa es mihi
Conferre prolem? quin ego non te modò,
Sed omne longè exſupero quadrupedum genus.
Me nempe proles larga genitricem beat,
Crebroque partu creſcit illuſtris domus.
Cui Sus; catellos optimè te novimus,
Multos quotannis parere, ſed cæcos paris.

πδ'. Ὄνοι.

πδ'. Ὄνοι.

ὌΝοι ποτὲ ἐπὶ τῷ συνεχῶς ἀχθοφορεῖν καὶ ταλαιπωρεῖν, πρέσβεις ἔπεμψαν πρὸς τὸν Δία, λύσιν τῶν πόνων αἰτέμενοι. ὁ δ' αὐτοῖς ἐπιδεῖξαι βυλόμενος, ὅτι τῦτο ἀδύνατόν ἐστιν, ἔφη, τότε αὐτὺς ἀπαλλαγήσεσθαι τῆς κακοπαθείας, ὅταν ὀρῦντες ποιήσωσι ποταμόν. κἀκεῖνοι αὐτὸν ἀληθεύειν ὑπολαβόντες, ἀπ' ἐκείνυ καὶ μέχρι τῦ νῦν ἔνθα ἂν ἴδωσιν ἑτέρων ὄνων, ἐνταῦθα καὶ αὐτοὶ περιϊστάμενοι ὀρῦσιν.

84. *Asini.*

PErtæsa gens Asinina duras sarcinas,
Legationem misit ad summum Jovem,
Aliquando ut à tam exercitâ vitâ sibi
Tandem quietem, & otium concederet.
Quibus volens denunciare Jupiter,
Fieri id nequire, tum quieturos eos
Respondit, ubi tantùm universi meierent,
Uti perenne flumen inde existeret.
Ex illo Asini, cum existimantes seriò
Hæc elocutum, ubi alter alterius vident
Urinam, ibi insuevêre vulgò meiere.

πε'. Παῖς καὶ Σκόρπιος.

ΠΑῖς πρὸ τοῦ τείχυς ἀκρίδας ἐθήρευε, πολλὰς δὲ συλλαβών, ὡς ἐθεάσατο σκόρπιον νομίσας ἀκρίδα εἶναι, κοιλάνας τὴν χεῖρα οἷός τε ἦν καταφέρειν αὐτόν· καὶ ὃς τὸ κέντρον ἐπάρας εἶπεν, εἴθε γὰρ τῦτο ποιήσεις, ἵνα καὶ ἃς συνείληφας, ἀποβάλῃς.

85. *Puer & Scorpius.*

CAptabat agiles fortè locustas Puer,
Modò hanc, modò illam saltitantem persequens.
Quas inter atro Scorpius viro tumens
Errabat: hunc locustam opinatus Puer,
Dextram admovere cœpit, ille subrigens
Caudam minacem, seque ad dictum comparans,
Manum abstine, inquit, insciens: aliter malo
Cogêre veras quoque locustas mittere.

πϛ'. Ἀσπάλαξ.

Ὁ Ἀσπάλαξ τυφλὸν ζῶόν ἐστι. φησὶν οὖν ποτε τῇ μητρὶ, συκαμινέαν μῆτερ ὁρῶ· εἶτα αὖθις φησὶ, λιβάνου ὀσμῆς πεπλήρωμαι· κἄπειτα πάλιν, χαλκῆς, φησὶ, ψηφῖδος κτύπον ἀκούω. ἡ δὲ μήτηρ ὑπολαβοῦσα εἶπεν, ὦ τέκνον, ὡς ἤδη καταμανθάνω, οὐ μόνον ὄψεως ἐστέρησαι, ἀλλὰ καὶ ἀκοῆς, καὶ ὀσφρήσεως.

86. *Talpa.*

SIc Talpa, quâ non aliud animal cæcius,
Matrem allocuta eſt; video, mater, arborem
Baccis rubentem; video pullulantia
Hinc inde germina, & uvidas mori notas:
Mox, thureum (inquit) naribus odorem imbibo,
Qualemve ſpirant cinnamomi cortices:
Dein tertiâ ſic inſolens pergit vice,
En! malleorum ſtrepitus aures percutit,
Audiſne, mater? audio, hæc refert, tuam,
O filia, ſtupidiſſimam ignorantiam:
Te ſolùm ocellis credidi orbam; at nec tuis
Naribus odorem, nec ſonum auribus capis.

πζ'. Ἔχις καὶ Ῥίνη.

Ἔχις εἰσελθὼν εἰς χαλκουργοῦ ἐργαστήριον, ἐν τῷ σκευῶν τῶν ὄντων, ἐζήτει φαγεῖν. ἧκεν οὖν πρὸς τὴν ῥίνην· καὶ αὐτὴν παρεκάλει δοῦναι αὐτῷ τι. ἡ δὲ ὑποτυχοῦσα εἶπεν· ἀλλ' εὐήθης εἶ, παρ' ἐμοῦ τι ἀποίσεσθαι οἰόμενος ἥτις οὐ διδόναι, ἀλλὰ λαμβάνειν παρὰ πάντων εἴωθα.

87. *Vipera & Lima.*

M*Ordaciorem qui improbo dente appetit,*
Hoc argumento ſe deſcribi ſentiat.
In officinam fabri venit Vipera.
Hæc quum tentaret ſi qua res eſſet cibi,
Limam momordit; illa contra contumax,
Quid me (inquit) ſtulta dente captas lædere,
Omne adſuevi ferrum quæ corrodere?

πη'. Βούταλις.

Βούταλις ὑπό τινος θυρίδος ἐκρέματο· νυκτερὶς ἢ προσελθοῦσα, ἐπυνθάνετο τὴν αἰτίαν, δι' ἣν ἡμέρας μὲν ἡσυχάζει, νύκτωρ δὲ ᾄδει. τῆς δὲ μὴ μάτην τοῦτο ποιεῖν λεγούσης, ἡμέρας γάρ ποτε ᾄδουσα συνελήφθη, καὶ διὰ τοῦτο ἀπ' ἐκείνου ἐσωφρονίσθη· ἡ νυκτερὶς εἶπεν, ἀλλ' οὐ νῦν σε φυλάττεσθαι δεῖ, ὅτε μηδὲν ὄφελος, ἀλλὰ πρὶν ἢ συλληφθῆναι.

88. *Butalis.*

OBſcura veſpertilio per crepuſcula
Conſpexit alitem in feneſtrâ pendulum,
Caveâque concluſum & canentem ſuaviter:
Hunc igitur ille interrogavit alloquens,
Cur nocte ſolâ dulce promebat melos,
Totoſque tranſibat ſilentio dies?
Cui volucris, haud improvidè, hoſpes, hoc ago;
Nam cantus olim me diurnus prodidit,
Inque aucupantûm garrula incidi manus.
Hoc, inquit ille, nonne oportebat priùs
Caviſſe? nempe jam metûs expers potes
Totis diebus canere, totis noctibus.

πθ'. Λύκος καὶ Ἀρνίον.

Λύκος ἄρνιον ἐδίωκε· ὁ δὲ εἰς τὸ ἱερὸν κατέφυγε. προσκαλουμένου δὲ αὐτοῦ τοῦ λύκου καὶ λέγοντος ὅτι θυσιάσει αὐτὸν ὁ ἱερεὺς τῷ θεῷ· ἐκεῖνος ἔφη πρὸς αὐτόν, ἀλλ' αἱρετώτερόν μοί ἐστι θεοῦ θυσίαν εἶναι, ἢ ὑπό σου διαφθαρῆναι.

89. *Lupus & Agnus.*

AGnus voracis dum fugit fauces Lupi,
Intra ſacelli murum aſylum repperit:
Quem cùm evocare voluit è templo Lupus,
Neſcis, miſelle, quanta te manent, ait,
Pericla; tibi cultrum ſacerdos jam parat,
Certamque te deſignat hoſtiam fore:
Quin pone de me, dixit huic Agnus, metum;
Diis nempe mallem victima eſſe, quàm tibi.

ϟ'. Κακοπράγμων.

Ἀνὴρ κακοπράγμων εἰς τὸν ἐν Δελφοῖς ἧκεν Ἀπόλλωνα, πειρᾶσαι τοῦτον βουλόμενος. καὶ δὴ λαβὼν στρουθίον ἐν τῇ χειρὶ, καὶ τοῦτο τῇ ἐσθῆτι σκεπάσας, ἔστη τε τοῦ τρίποδος ἔγγιστα, καὶ ἤρετο τὸν θεὸν, λέγων, Ἄπολλον, ὃ μετὰ χεῖρας φέρω, πότερον ἔμπνουν ἐστὶν, ἢ ἄπνουν; βουλόμενος ὡς εἰ μὲν ἄπνουν εἴποι, ζῶν ἀναδεῖξαι τὸ στρουθίον· εἰ δ' ἔμπνουν, εὐθὺς ἀποπνίξας, νεκρὸν ἐκεῖνο προσενεγκεῖν. ὁ δέ γε θεὸς τὴν κακότεχνον αὐτοῦ γνοὺς ἐπίνοιαν, εἶπεν, ὁπότερον, ὦ οὗτος, βούλει ποιῆσαι, ποίησον. ἐπὶ σοὶ κεῖται γὰρ τοῦτο πρᾶξαι, ἤτοι ζῶν ὃ κατέχεις, ἢ νεκρὸν ὑποδεῖξαι.

90. *Malignus.*

QUidam olim, ut ipsi sibi videbatur, catus,
Absconditum passerculum manu tenens,
Ad Delphicum profectus est oraculum,
Hac sciscitatione lusurus Deum:
O Apollo, passer, quem manu teneo meâ,
Dic sedulò, oro, vivus est, an mortuus?
Si Apollo respondisset, illum vivere,
Compressâ eum elisurus ipse erat manu,
Statimque prolaturus illi mortuum;
Sin mortuum dixisset, ipse dexterâ
Proferre laxâ vivum eum decreverat.
Sed Apollo prudens, Passer, inquit, hic tuus,
Ut tute vis, & vivus est, & mortuus.

ϟα'. Ὄνος βαστάζων εἴδωλον.

Ὄνῳ τις ἐπιθεὶς ξόανον ἦγε· πολλοὶ δὲ προσκύνουν τῶν συναντώντων. ὁ δὲ ὄνος τυφωθεὶς, νομίζων αὐτὸν προσκυνεῖν τοὺς ἀγροίκους, σκιρτῶν ἤμελλε τὸν θεὸν ῥίψαι. ἀλλὰ τοῦτον ξύλῳ παίων ὁ δεσπότης εἶπεν, ὄνος εἶ θεὸν φέρων, ἀλλ' οὐ θεοῖς ὑπάρχεις ὁμότιμος.

91. *Asinus simulachrum gestans.*

SImulachrum Asellus bajulans argenteum,
Cùm id transeuntes flexo adorarent genu,
Sui hoc honoris gratiâ est fieri ratus.
Jamque insolenti elatus arrogantiâ,
Nolebat Asinus esse; donec aspero
Probè dolatus fuste clunes, audiit,
O stulte, non es tu Deus, sed fers Deum.

ϟβ'. Δέλ-

ϟβ'. Δέλφαξ καὶ Ἀλώπηξ.

Ὄνῳ τις ἐπιθεὶς αἶγα καὶ πρόβατον καὶ δέλφακα, ἤλαυνεν εἰς ἄστυ· τοῦ δὲ δέλφακος παρ᾽ ὅλην τὴν ὁδὸν κεκραγότος, ἀλώπηξ ἀκούσασα ἐπυνθάνετο τὴν αἰτίαν δι᾽ ἣν τῶν λοιπῶν μεθ᾽ ἡσυχίας φερομένων, μόνος αὐτὸς βοᾷ. ὑποτυχὼν δὲ εἶπεν, ἀλλ᾽ ἔγωγε οὐ μάτην ὀδύρομαι. οἶδα γὰρ ὅτι τοῦ μὲν προβάτου ἔριά τε καὶ γάλα παρεχομένου, ὁ δεσπότης ἀπέχεται, ὁμοίως δὲ καὶ τῆς αἰγὸς, διὰ τοὺς τυροὺς καὶ τοὺς ἐρίφους· ἐμοὶ δὲ οὐκ ἔχων εἰς ἄλλο τι χρήσεται, πάντως με θύσει.

92. *Sus & Vulpes.*

CApram Suemque onuſtus atque ovem ſimul
Ad proximas vexerat aſellus nundinas;
Totamque dum Sus grunniebat per viam
Clamoſa; Vulpes fortè tranſiens, ait,
Cur indecorâ voce clamas ſtridula,
Silentibuſque inter vehendum cæteris,
Tu ſola rauco murmure æternùm ſtrepis?
Cui Sus; at haud improvidè hæc ſuſpiria
Gemituſque duco: nempe ovem ſua vellera
Tutantur, hædulique defendunt capram,
Multum quòd inde deferant hero lucrum:
Quin ipſa penitùs omni inutilis rei
Mactanda certè ducor; ut quæ nemini
Prodeſſe poſſim viva, proſim mortua.

ϟγ'. Αἰθίοψ.

Αἰθίοπά τις ὠνήσατο, τοιοῦτον αὐτοῦ τὸ χρῶμα εἶναι δοκῶν ἀμελείᾳ τοῦ πρότερον ἔχοντος. καὶ παραλαβὼν οἴκαδε, πάντα μὲν αὐτῷ προσῆγε τὰ ῥύμματα, πᾶσι δὲ λουτροῖς ἐπειρᾶτο καθαίρειν. καὶ τὸ μὲν χρῶμα μεταλαβεῖν οὐκ εἶχε, νοσεῖν δὲ τὸ πονεῖν παρεσκεύασεν.

93. *Æthiops.*

QUidam (uti ferunt) vir curioſus admodum
Æthiopem emens, fuſcæ nigredinem cutis
Domini prioris negligentiæ imputat:
Huic igitur omnes applicat aquas fontium,
Noviſque perfundit quotidiè balneis;
Recepta donec unda membris, non cuti
Albedinem, ſed corpori morbum intulit.

ϟδʹ. Ζεύς.

Ζεὺς γάμους τελῶν πάντα τὰ ζῶα εἰστία. μόνης δὲ τῆς χελώνης ὑστερησάσης, διαπορῶν τὴν αἰτίαν τῆς ὑστερήσεως, ἐπυνθάνετο αὐτῆς, τίνος χάριν αὐτὴ ἐπὶ τὸ δεῖπνον οὐ παρεγένετο. τῆς δὲ εἰπούσης, οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος· ἀγανακτήσας κατ᾽ αὐτῆς, κατεδίκασε τὸν οἶκον βαστάζουσαν περιφέρειν.

94. *Jupiter.*

DUcens ſupremus conjugem Divûm pater,
Volenſque lætus agere genialem diem,
Magno apparatu nuptiale prandium
Inſtruxit; ambroſiâque menſam ornans dape,
Accivit omnes, quas creârat, beſtias.
Huc ergo feſtinat animalium genus,
Huc properat omnis ordo, præter unicam
Teſtudinem: quin illa mox lento gradu
Prorepſit, atque alti ad palatium Dei
Serò adfuit; quam ſic rogavit Jupiter,
Quæ tarditatis cauſa? quæ ratio moræ?
Cur inter omnes ſola tu noſtrum fugis
Convivium ſuperba, ſperniſque hoſpitem?
Domi, inquit hæc, fueram; domi, gratiſſimæ
Utcunque parvæ. Hoc audiens Dieſpiter
Iratus, inquit, cùm palatiis domos
Præfers lutoſas, atque ſyderibus ſcrobem,
Potiêre voto: namque junctum corpori
Teſtaceum portabis à tergo larem, &
Quocunque tendis, ſemper habitabis domi.

ϟεʹ. Ἄρκτος καὶ Ἀλώπηξ.

Ἄρκτος τίς ποτε μεγάλως ἐκαυχᾶτο, ὡς φιλάνθρωπον πάντων ἐστὶ τῶν ζώων. φασὶ γὰρ ἄρκτον νεκρὸν μηδὲν βιβρώσκειν. ἡ δὲ ἀλώπηξ ἀκούσασα ταῦτα ἐμειδίασε, καὶ πρὸς αὐτὸν ἀντέφη, εἴθε τοὺς νεκροὺς ἤσθιες καὶ μὴ τοὺς ζῶντας.

95. *Urſus & Vulpes.*

SUam Urſus olim prædicavit gloriam,
Seſeque dixit maximè humanum fore,
Quòd mortuorum uſque abſtineret carnibus.
Jocoſa cui Vulpes, utinam, ait, mortuos
Comeſſe velis, & parceres viventibus.

ϟϛʹ. Ἔριφος καὶ Λύκος.

Ἔριφος ὑστερήσασα τῆς ποίμνης, ὑπὸ λύκου κατεδιώκετο· ἐπιστραφεῖσα δὲ πρὸς αὐτόν, εἶπεν, ὦ λύκε, ἐπεὶ πέπεισμαι ὅτι σὸν βρῶμα γενήσομαι, ἵνα μὴ ἀηδῶς ἀποθάνω, αὔλησον πρῶτον ὅπως ὀρχήσωμαι. τοῦ δὲ λύκου αὐλοῦντος, καὶ τῆς ἐρίφου ὀρχουμένης, οἱ κύνες ἀκούσαντες τὸν λύκον ἐδίωκον. ὁ δὲ ἀποστραφεὶς τῇ ἐρίφῳ φησί, δικαίως ταῦτά μοι γίνεται. ἔδει γάρ με μάγειρον ὄντα, αὐλητὴν μὴ μιμεῖσθαι.

96. *Hædus & Lupus.*

PEtulcus errans Hœdus à ſociis procul,
Præda inſequenti protinus fuit Lupo;
Quem fugere deſperans ita aggreditur; ſcio
Me jam futurum faucibus tuis, Lupe,
Non vile prandium, neque recuſo mori.
Hoc unicum rogo, maximi inſtar muneris,
In morte ut aliquod mihi detur ſolatii,
Hilariſque ſaltem moriar: ergo fiſtulam
Infla canoram muſico modulamine;
(Te nempe laudat optimum tibicinem
Grex totus Hædorum) atque ego interim pede
Saltabo volucri, mobiliſque aliquam tibi
Feram voluptatem. Lupus adulantibus
Allectus hiſce vocibus, capit illicò
Orique adaptat fiſtulam; & tentat leves
Hœdus choreas. Proximi interea oppidi
Canes & incolæ excitati fiſtulâ
Stridente currunt, territumque abigunt Lupum:
Converſus hic, jure, inquit, hoc mihi accidit;
Neque enim coquus cùm ſim, agere fidicinem oportuit.

ϟζʹ. Ὄφις.

Ὄφις ὑπὸ πολλῶν ἀνθρώπων πατούμενος, τῷ Διῒ ἐνετύγχανεν. ὁ δὲ Ζεὺς πρὸς αὐτὸν εἶπεν, ἀλλ᾽ εἰ τὸν πρότερον πατήσαντα ἔπληξας, οὐκ ἂν ὁ δεύτερος ἐπεχείρησε τοῦτο ποιῆσαι.

97. *Serpens.*

SErpens ab humano genere peſſundatus,
Jovi querelas deferens opem petit.
Cui Jupiter; culpâ tuâ hoc tibi accidit;
Niſi etenim inultus te laceſſiſſet prior,
Haud auſus eſſet te ſecundus aggredi.

ϟη'. Γεωργὸς καὶ Πελαργός.

Ἀρούρῃ παγίδας γεωργὸς ἔστησε· θηρεύσας δὲ γεράνους τοὺς τὸν σπόρον φθείροντας, σὺν αὐτοῖς καὶ πελαργὸν εἴληφε. ὁ δὲ χωλεύων ἱκέτευε, λέγων ἀφεθῆναι· οὐ γάρ εἰμι γέρανος, πελαργὸς δέ, εὐσεβέστατον ζῶον, ὃς τιμῶ τὸν πατέρα· καὶ δουλεύω. ἴδε καὶ τὴν χροιάν, ὡς οὐχ ὁμοία. ὁ δὲ ἔφη, οὐκ οἶδα τί λέγῃς· ἐγὼ σὺν οἷς εἴληφά σε, μετ' αὐτῶν σε καὶ ἀπολέσω.

98. *Agricola & Ciconia.*

DUm gruibus intentat voracibus necem
Agricola, nexoſque inſtruit ſcitus dolos,
Hos inter albentem implicat Ciconiam.
Hæc tremula vitam poſcit; atque humili prece
Sic Ruſticum allocuta: non inter grues
Numerabis, inquit, obſecro, Ciconiam:
Innocua nempe ego & parentibus pia;
Non ungue ſegetem rapio, frugiſve auream
Abſumo meſſem. Quin venenoſum genus
Serpentûm ab agris pello, vobiſque utilem
Impendo vitam. Cerne, ſi libet, hanc cutem;
Et non inanes innocentiæ notas,
Has cerne plumas parte ab omni candidas,
Gruumque generi diſcrepantes maximè.
Cui Ruſticus: fruſtrà hæc refers: nam tu grues
Inter prehenſa, cum gruibus etiam occides.

ϟθ'. Λύκος καὶ Ποιμένες.

Λύκος ἰδὼν ποιμένας ἐσθίοντας ἐν σκηνῇ πρόβατον, ἐγγὺς προσελθὼν, ἡλίκος ἂν ἦν ὑμῶν θόρυβος εἰ ἐγὼ τοῦτο ἐποίουν;

99. *Lupus & Paſtores.*

HInc inde campos dum pererravit Lupus,
Vidit ſub umbroſo arboris tentorio
Pecoris magiſtros ſplendidè agitantes diem,
Avideque veſcentes ovinis carnibus:
Quibus ita Lupus, en! hîc poteſtis vos, ait,
Impunè totum devorare peculium.
Quanta at repentè turba, qui ſtrepitus forent,
Si minimam ego particulam ovis guſtaverim?

ρ'. Κολοιός.

Κολοιὸς μεγέθει τῶν ἄλλων διαφέρων, ὑπερφρονήσας τοὺς ὁμοφύλους, παρεγίνετο πρὸς τοὺς κόρακας, καὶ τούτοις ἠξίου συνδιαιτᾶσθαι. οἱ δὲ ἀγνοοῦντες αὐτοῦ τὸ εἶδος καὶ τὴν φωνὴν, παίοντες αὐτὸν ἐξέβαλον. καὶ ὃς ἀπελαθεὶς ἀπ' αὐτῶν, ἧκε πάλιν πρὸς τοὺς κολοιούς. οἱ δὲ ἀγανακτοῦντες ἐπὶ τῇ ὕβρει, οὐ προσεδέξαντο αὐτόν. οὕτω τε συνέβη αὐτὸν τῆς ἐξ ἀμφοτέρων διαίτης στερηθῆναι.

100. *Graculus superbus.*

Ne gloriari libeat alienis bonis,
Suoque potiùs habitu vitam degere,
Æsopus nobis hoc exemplum prodidit.
Tumens inani Graculus superbiâ,
Pennas pavoni quæ deciderant, sustulit,
Seque exornavit: deinde contemnens suos,
Immiscuit se pavonum formoso gregi:
Illi impudenti pennas eripiunt avi,
Fugantque rostris. Malè multatus Graculus
Redire mœrens cœpit ad proprium genus.
A quo repulsus tristem sustinuit notam.
Tum quidam ex illis quos priùs despexerat:
Contentus nostris si fuisses sedibus,
Et quod natura dederat voluisses pati;
Nec illam expertus esses contumeliam,
Nec hanc repulsam tua sentiret calamitas.

ρα'. Λαγωοί.

Λαγωοί ποτε πολεμοῦντες ἀετοῖς, παρεκάλουν εἰς συμμαχίαν ἀλώπεκας. αἱ δ' ἔφασαν, ἐβοηθήσαμεν ἂν ὑμῖν, εἰ μὴ ᾔδειμεν τίνες ἐστὲ, καὶ τίσι πολεμεῖτε.

101. *Lepores.*

Inter feroces aquilas & Leporum genus
Surgens procella belli cuncta miscuit.
Hi nulla habentes subsidia rebus suis,
Legatione missâ vulpem supplices
Petiêre, fractos armis ut juvet suis.
Cordata verò vulpes hæc contrà edidit;
Darem hæc libenter quæ vos oratis; nisi
Nôssem, & quid aquila possit, & velit Lepus.

ρβ'. Λύκος καὶ Αἴξ.

Λύκος θεασάμενος αἶγα ἐπί τινος κρημνώδους ἄντρου νεμομένην· ἐπειδὴ οὐκ ἠδύνατο αὐτῆς ἐφικέσθαι, κάτω παρῄνει αὐτῇ καταβῆναι, μὴ καὶ πέσῃ λαθοῦσα, λέγων ὡς ἀμείνων ὁ παρ' αὐτῷ λειμών, ἐπεὶ καὶ πόας σφόδρα εὐανθής. ἡ δὲ ἀπεκρίθη πρὸς αὐτόν, ἀλλ' οὐκ ἐμὲ ἐπὶ νομὴν καλεῖς, αὐτὸς δὲ τροφῆς ἀπορεῖς.

102. *Lupus & Capra.*

DUm Capra ſummo montis in cacumine
Secura paſcebatur, hâc Lupus viâ
Tranſibat; at prædam aſſequi nuſquam potis,
Prærupta propter ſaxa ſenteſque aſperos,
Deſcende, dixit, Capra mea dulciſſima,
Invita ab iſto fortè nè cadas loco;
Deſcende, prati & dulciores herbulas
Decerpe; namque multus hîc floret tibi
Et cytiſus, & fœcunda viminibus ſalix;
Quibus omnibus ſatiare te gratis potes.
Cui Capra; quin tu fruere, quæ laudas, bonis
Securus; at me non movebis ſubdolus;
Neque enim meæ, tuæ ſed alvo conſulis.

ργ'. Περιστερὰ καὶ Κορώνη.

Περιστερὰ ἔν τινι περιστερεῶνι τρεφομένη, ἐπὶ πολυτεκνίᾳ ἐφρυάττετο. κορώνη δὲ αὐτῆς ἀκούσασα, ἔφη, ἀλλ' ὦ αὕτη, πέπαυσο ἐπὶ τούτῳ σεμνυνομένη. ὅσῳ γὰρ ἂν πλείονα τέκῃς, τοσούτῳ καὶ πλείους λύπας συνάγεις.

103. *Columba & Cornix.*

COlumba volucres inter exultans, ait,
Me larga proles, me genitricem beat
Plenus frequenti ſtirpe nidus intumens,
Matrumque dicor alitum fauſtiſſima.
Hæc fortè dicentem audiens Cornicula;
Haud invidemus, inquit, ô ſoror, tibi
Fœcunditatem; nempe quò plures paris
Pullos, tibi ipſi plus doloris parturis.

ρδʹ. Ἀλέκτορες.

Ἀλεκτόρων δύο μαχομένων περὶ θηλειῶν ὀρνίθων, ὁ εἷς τὸν ἕτερον κατεστρώσατο. καὶ ὁ μὲν ἡττηθεὶς, εἰς τόπον κατάσκιον ἀπιὼν ἐκρύβη. ὁ δὲ νικήσας, εἰς ὕψος ἀρθεὶς, καὶ ἐφ' ὑψηλοῦ τοίχου στὰς, μεγαλοφώνως ἐβόησε. καὶ παραυθὺς ἀετὸς καταπτὰς, ἥρπασεν αὐτόν. ὁ δ' ἐν σκότῳ κεκρυμμένος, ἀδεῶς ἔκτοτε ταῖς θηλείαις ἐπέβαινεν.

104. *Galli.*

BIni pugnaces ineunt certamina Galli
(Qualia ſæpe viri) ſtimulant amor iraque mentem,
Nam pugnæ cauſa & pretium eſt formoſa Corinna.
Multus utrinque fluit ſanguis, multam undique plumam
Conſpiceres, vulſamque ſuperbo è vertice criſtam.
Tandem prorepens humili ſe claudit in antro
Victus, & illatum ſibi probrum & vulnera plorat.
Victor tecta petens ſublimia concutit alas,
Argutoque novum lætus canit ore triumphum.
Hunc aquila interea adveniens petit ungue rapaci,
Et fruſtrà clamantem devorat. Alter acerbo
Lætus fato hoſtis, fœdatas expolit alas;
Et poſt collectum robur vireſque receptas,
Pennatas inter ſecurus regnat amicas.

ρεʹ. Δειλὸς κυνηγὸς καὶ Δρυοτόμος.

Λέοντός τινος ἴχνη ἐζήτει κυνηγὸς, δρυοτόμον δὲ ἐρωτήσας εἰ εἶδεν ἴχνη λέοντος, καὶ ποῦ κοιτάζῃ, ἔφη, καὶ αὐτὸν τὸν λέοντα ἤδη σοι δείξω· ὁ δὲ ὠχριώσας ἐκ τοῦ φόβου, καὶ τοὺς ὀδόντας συγκρούων εἶπεν· ἴχνη μόνα ζητῶ, οὐχὶ αὐτὸν τὸν λέοντα.

105. *Venator meticuloſus & Lignator.*

VEnator efferi inſequens veſtigia
Leonis, in ſylvâ aſpicit Lignarium;
Interrogatque Leonis an latibula
Veſtigiaque cognoſceret? cui Ruſticus
Poſſum, inquit, etiam ſi velis, feram tibi
Ipſam indicare. Hic percitus formidine
Denteſque collidens, ago, inquit, gratias;
At non Leonem quæro, ſed veſtigia.

ρς'. Πλέοντες.

Ἐμβάντες τινὲς εἰς σκάφος ἔπλεον. γενομένων δὲ αὐτῶν πελαγίων, συνέβη χειμῶνα ἐξαίσιον γενέσθαι, καὶ τὴν ναῦν μικροῦ καταδύεσθαι. τῶν δὲ πλεόντων ἕτερος περιρρηξάμενος τοὺς πατρῴους θεοὺς ἐπεκαλεῖτο μετ' οἰμωγῆς καὶ στεναγμῶν, χαριστήρια ἀποδώσειν ἐπαγγελλόμενος, ἐὰν περισωθῶσι. παυσαμένου δὲ τοῦ χειμῶνος, καὶ πάλιν γαλήνης γενομένης· εἰς εὐωχίαν τραπέντες ὠρχοῦντο τε καὶ ἐσκίρτων. ἅτε δὴ ἐξ ἀπροσδοκήτου διαπεφευγότες κινδύνου. καὶ στεῤῥὸς ὁ κυβερνήτης ὑπάρχων, ἔφη πρὸς αὐτούς, ἀλλ', ὦ φίλοι, οὕτως καὶ ἡμᾶς γεγηθέναι δεῖ, ὡς πάλιν, ἐὰν τύχοι, χειμῶνος ἐσομένου.

106. *Gubernator & Nautæ.*

Quum de fortunis quidam quereretur suis,
Æsopus finxit consolandi gratiâ.
Vexata sævis navi tempestatibus,
Inter vectorum lacrymas & mortis metum,
Faciem ad serenam subitò mutatur dies:
Ferri secundis tuta cœpit flatibus,
Nimiâque nautas hilaritate extollere.
Factus periculo tum Gubernator sophus:
Parcè gaudere oportet, & sensim queri:
Totam quia vitam miscet dolor & gaudium.

ρζ'. Κύων καὶ Ἀλώπηξ.

Κύων θηρευτικὸς λέοντα ἰδών, τοῦτον ἐδίωκεν· ἐπιστραφεὶς δὲ ὁ λέων καὶ βρυχησάμενος, ὁ κύων φοβηθεὶς ἔφυγεν εἰς τοὐπίσω. ἀλώπηξ δὲ τοῦτον θεασαμένη, ἔφη, ὦ κακὴ κεφαλή, σὺ λέοντα ἐδίωκες; οὗτινος οὐδὲ τὸν βρυχηθμὸν ὑπήνεγκας.

107. *Canis & Vulpes.*

Dum sequitur Canis oblatum sibi forte leonem,
Ingentique inhiat prædæ; leo vertit ocellos,
Immensoque rugitu frendens ringitur ora.
Territus inde Canis retrò fugit; huic pavitanti
Occurrens Vulpes, cur, inquit, stulte, leonem
Insequeris, cujus nescis perferre rugitum?

ρη'. Ἀλώ-

ρη'. Ἀλώπηξ καὶ Τράγος.

Ἀλώπηξ καὶ τράγος διψῶντες εἰς φρέαρ κατέβησαν. μετὰ δὲ τὸ πιεῖν, τοῦ τράγου σκεπτομένου τὴν ἄνοδον, ἡ ἀλώπηξ ἔφη, θάρσει, χρήσιμόν τι καὶ εἰς τὴν ἀμφοτέρων σωτηρίαν ἐπινενόηκα. εἰ γὰρ ὄρθιος σταθεὶς, τοὺς ἐμπροσθίους τῶν ποδῶν τῷ τοίχῳ προσερείσεις, καὶ τὰ κέρατα ὁμοίως εἰς τοὔμπροσθεν κλινεῖς, ἀναδραμοῦσα διὰ τῶν σῶν αὐτὴ νώτων καὶ κεράτων, καὶ ἔξω τοῦ φρέατος ἐκεῖθεν πηδήσασα, καὶ σὲ μετὰ τοῦτο ἀνασπάσω ἐντεῦθεν. τοῦ δὲ τράγου πρὸς τοῦτο ἑτοίμως ὑπηρετησαμένου, ἐκείνη τοῦ φρέατος οὕτως ἐκπηδήσασα, ἐσκίρτα περὶ τὸ στόμιον ἡδομένη. ὁ δὲ τράγος αὐτὴν ἐμέμφετο, ὡς παραβαίνουσαν τὰς συνθήκας. ἡ δ', ἀλλ' εἰ τοσαύτας, εἶπε, φρένας ἐκέκτησο, ὁπόσας ἐν τῷ πώγωνι τρίχας, οὐ πρότερον ἂν κατέβης, πρὶν ἢ τὴν ἄνοδον σκέψασθαι.

108. *Vulpes & Hircus.*

Homo simul ac venit in magnum periculum,
Effugium reperire alterius quærit malo.
Quum decidisset Vulpis in puteum inscia,
Et altiore clauderetur margine,
Devenit Hircus sitiens in eundem locum;
Simul rogavit, esset an dulcis liquor,
Et copiosus? Illa fraudem moliens;
Descende, amice, tanta bonitas est aquæ,
Voluptas ut satiari non possit mea.
Immisit se barbatus: tum Vulpecula
Evasit puteo, nixa celsis cornibus:
Hircumque clauso liquit hærentem vado.

ρθ'. Πήρα.

Ἄνθρωπος δύο πήρας ἕκαστος φέρει· τὴν μὲν ἔμπροσθεν, τὴν δὲ ὄπισθεν· γέμει δὲ κακῶν ἑκατέρα· ἀλλὰ ἡ μὲν ἔμπροσθεν ἀλλοτρίων, ἡ δὲ ὄπισθεν τῶν αὐτοῦ τοῦ φέροντος. καὶ διὰ τοῦτο οἱ ἄνθρωποι τὰ μὲν ἐξ αὐτῶν κακὰ οὐχ ὁρῶσι, τὰ δὲ ἀλλότρια πάνυ ἀκριβῶς θεῶνται.

109. *Pera.*

Peras imposuit Jupiter nobis duas:
Propriis repletam vitiis post tergum dedit,
Alienis ante pectus suspendit gravem.
Hac re videre nostra mala non possumus;
Alii simul delinquunt, censores sumus.

ρι'. Μῦς,

ρι'. Μῦες.

Μῦς ἀρουραῖος ἀστικῷ γίνεται φίλος μυΐ, καὶ τὴν φιλίαν πιστούμενος, πρῶτος εἰς ἀγρὸν τὸν ἀστικὸν παρελάμβανεν. καὶ ξενίαν αὐτοῦ παρετίθει καὶ τράπεζαν· ἃ φέρειν οἶδε τοῖς ἐνοικοῦσιν ἀγρόν. ἀμειβόμενος δὲ τὴν ξενίαν ὁ ἀστικὸς, εἰς ἄστυ τὸν ἀρουραῖον ἐκόμιζεν, καὶ εἰς ἀνδρὸς εὐπόρου παρελάμβανεν οἶκον. ὡς δὲ τῶν ὄντων ἤδη προσάπτεσθαι ἤθελον, προσιών τις ἀνέκοπτε. καὶ τοσαυτάκις τῆς ἐν τοῖς ὄψοις ἀπηλαύνοντο πείρας, ὁσάκις ἐπειρῶντο μεταλαμβάνειν. καὶ τελευταῖον ὁ ἀρουραῖος, ἄπειμι, ἔφη, τὴν ἐν ἀγροῖς προτιμῶν μετριότητα, τὴν ἐν ἄστει τρυφῆς.

110. *Mures.*

RUsticus urbanum Murem Mus paupere fertur
Accepisse cavo, veterem vetus hospes amicum,
Asper, & attentus quæsitis, ut tamen arctum
Solveret hospitiis animum: Quid multa? neque illi
Sepositi ciceris, nec longæ invidit avenæ;
Aridum & ore ferens acinum, semesaque lardi
Frusta dedit, cupiens variâ fastidia cœnâ
Vincere tangentis male singula dente superbo;
Cùm pater ipse domus, paleâ porrectus in hornâ,
Esset ador, loliumque, dapis meliora relinquens;
Tandem urbanus ad hunc, quid te juvat, inquit, amice,
Prærupti nemoris patientem vivere dorso?
Vis tu homines, urbemque feris præponere sylvis?
Carpe viam, mihi crede, comes: terrestria quando
Mortaleis animas vivunt sortita, Neque ulla est
Aut magno, aut parvo lethi fuga: Quo bone circa,
Dum licet, in rebus jucundis vive beatus;
Vive memor, quàm sis ævi brevis. Hæc ubi dicta
Agrestem pepulêre, domo levis exsilit; inde
Ambo propositum peragunt iter, urbis aventes
Mœnia nocturni subrepere: Jamque tenebat
Nox medium cœli spatium, cùm ponit uterque
In locuplete domo vestigia, rubro ubi cocco
Tincta super lectos canderet vestis eburnos,
Multaque de magna superessent fercula cœnâ,
Quæ procul exstructis inerant hesterna canistris:
Ergo ubi purpureâ porrectum in veste locavit
Agrestem, veluti succinctus cursitat hospes,
Continuatque dapes, nec non vernaliter ipsis

Fungitur

Fungitur officiis, prælambens omne, quod affert:
Ille cubans gaudet mutatâ ſorte, boniſque
Rebus agit lætum convivam: cùm ſubito ingens
Valvarum ſtrepitus lectis excuſſit utrumque.
Currere per totum pavidi conclave, magiſque
Exanimes trepidare: Simul domus alta Moloſſis
Perſonuit canibus: Tum ruſticus, haud mihi vita
Eſt opus hac, ait, & valeas: Me ſylva, cavuſque
Tutus ab inſidiis tenui ſolabitur ervo.

ρια'. Κάλαμος καὶ Ελαία.

Διὰ καρτερίαν καὶ ἰσχὺν καὶ ἡσυχίαν κάλαμος καὶ ἐλαία ἤριζον. τοῦ δὲ καλάμου ὀνειδιζομένου ὑπὸ τῆς ἐλαίας, ὡς ἀδυνάτου καὶ ῥᾳδίως ὑποκλινομένου πᾶσι τοῖς ἀνέμοις, ὁ κάλαμος σιωπῶν οὐκ ἐφθέγξατο. καὶ μικρὸν ὑπομείνας, ἐπειδὴ ἄνεμος ἔπνευσεν ἰσχυρὸς, ὁ μὲν κάλαμος ὑποσεισθεὶς καὶ ὑποκλινθεὶς τοῖς ἀνέμοις, ῥᾳδίως διεσώθη· ἡ δ' ἐλαία ἐπειδὴ ἀντέτεινε τοῖς ἀνέμοις, κατεκλάσθη τῇ βίᾳ.

III. *Canna & Oliva.*

De honore firmitatis, atque virium
Canna atque Oliva litigantes, invicem
Graviſſimas dixère contumelias.
Atque adeò, túne inepta te præponere
Audes mihi, aut certare mecum? Oliva ait;
Ego ſtipite inconcuſſa robuſtiſſimo,
Telluris in profundo radices ago:
Tu caule lento, tanquam Olus, ſummo in ſolo
Hæres; & omni obnoxia auræ fluctuas.
Hæc illa cùm jactaret inſolentiùs,
Tandem immodeſtis Canna parcens litibus,
Silentium egit, tempus expectans ſuum.
Ecce autem atroci turbine Eurus impotens
Incubuit arvis: cui cùm Oliva improvidè
Obniteretur, fracta procubuit ſolo.
At Canna cedens ultrò, & huc illuc levi
Inflexa declinatione ſpiritûs,
Incolumis & ſuperſtes adverſariæ,
Gravem ejus olim riſit inſolentiam.

ριβʹ. Μηναγύρται.

Μηναγύρται ὄνον ἔχοντες, τούτῳ εἰώθεσαν τὰ σκεύη ἐπιτιθέντες ὁδοιπορεῖν. καὶ δήποτε ἀποθανόντος αὐτοῦ ἀπὸ κόπου, ἐκδείραντες αὐτὸν, ἐκ τοῦ δέρματος τύμπανα κατεσκεύασαν, καὶ τούτοις ἐχρῶντο. ἑτέρων δὲ αὐτοῖς μηναγυρτῶν ἀπαντησάντων, καὶ πυνθανομένων αὐτῶν ποῦ ἂν εἴη ὁ ὄνος, ἔφασαν, τεθνηκέναι μὲν αὐτὸν, πληγὰς δὲ τοσαύτας λαμβάνειν, ὅσας οὐδὲ ζῶν ὑπέμεινεν.

112. *Asinus & Galli.*

Qui natus est infelix, non vitam modò
Tristem decurrit, verùm post obitum quoque,
Persequitur illum dura fati miseria.
Galli Cybeles circùm quæstus ducere
Asinum solebant bajulantem sarcinas.
Is quum labore & plagis esset mortuus,
Detractâ pelle sibi fecerunt tympana.
Rogati mox à quodam, delicio suo
Quidnam fecissent, hoc locuti sunt modo:
Putabat se post mortem securum fore,
Ecce aliæ plagæ congeruntur mortuo.

ριγʹ. Λύκος καὶ Ἵππος.

Λύκος κατά τινα ἄρουραν ὁδεύων, εὗρε κριθάς· μὴ δυνάμενος δὲ αὐταῖς τροφῇ χρήσασθαι, καταλιπὼν ἀπῄει. ἵππῳ δὲ συντυχὼν, τοῦτον ἐπὶ τὴν ἄρουραν ἐκεῖ αὐτὸν ἐκάλει, λέγων, ὡς εὑρὼν κριθὰς, αὐτὸς μὲν οὐκ ἔφαγον, αὐτῷ δὲ ἐφύλαξεν· ἐπεὶ καὶ αὐτοῦ τὸν ψόφον τῶν ὀδόντων ἀκούει. καὶ ἵππος ὑποτυχὼν ἔφη, ἀλλ' ὦ οὗτος, εἰ λύκοι κριθῶν τροφῇ χρῆσθαι ἠδύναντο, οὐκ ἄν ποτε τὰ ὦτα τῆς γαστρὸς προέκρινας.

113. *Lupus & Equus.*

Lupus per arvum transiit plenum hordei,
Quod cùm nequibat pabulum depasci, abît:
At mox caballo fortè factus obviam,
Ego delicatum repperi, inquit, hordeum,
Et tibi reservavi omne. Nempe dentium
Exaudiens strepitum, te adesse noveram.
Olli quietâ mente subridens Equus;
Sed hordeo, inquit, vescerentur si Lupi,
Non ventrem, amice, posthaberes auribus.

ριδʹ. Κο-

ριδʹ. Κολοιός.

Κολοιόν τις συλλαβὼν, καὶ δήσας αὐτοῦ τὸν πόδα λίνῳ, τῷ ἑαυτοῦ παρέδωκε παιδί. ὁ δὲ μὴ ὑπομείνας τὴν μετ' ἀνθρώπων δίαιταν, ὡς πρὸς ὀλίγον ἀδείας ἔτυχε, φυγὼν ἧκεν εἰς τὴν ἑαυτοῦ καλιάν. περιειληθέντος δὲ τοῦ δεσμοῦ τοῖς κλάδοις, ἀποπτῆναι μὴ δυνάμενος, ἐπειδὴ ἀποθνήσκειν ἔμελλε, πρὸς ἑαυτὸν ἔφη, δείλαιος ἔγωγε, ὃς τὴν παρ' ἀνθρώποις μὴ ὑπομείνας δουλείαν, ἔλαθον ἐμαυτὸν τῆς ζωῆς στερήσας.

114. *Monedula.*

PAstor prehensæ ab se pedem Monedulæ
Pilo alligavit; atque eam gnato suo
Puerile quîcum luderet, munus dedit;
Quæ vitam eam pertæsa, cùm primùm fugæ
Occasio est oblata, cum vinculo avolans
Se in arborem, suumque nidum contulit.
Circumvoluto verò ramis vinculo,
Sese expedire ad evolandum non valens,
Cùm instare mortem jam videret, hei mihi,
Lacrymans, ait, gemensque, quæ sat commodam
Heri mei gravata consuetudinem,
Me me ipsa libertate, vitâque exui.

ριεʹ. Ἡρακλῆς καὶ Πλοῦτος.

Ἡρακλῆς ὁ θεωθεὶς καὶ παρὰ τῷ Διῒ ἑστιώμενος, ἕνα ἕκαστον τῶν θεῶν μετὰ πολλῆς φιλοφροσύνης ἠσπάζετο. καὶ δὴ τελευταίου εἰσελθόντος τοῦ Πλούτου, κάτω τοῦ ἐδάφους κύψας ἀπεστρέψατο αὐτόν. ὁ δὲ Ζεὺς θαυμάσας τὸ γεγονὸς, ἐπυνθάνετο αὐτοῦ τὴν αἰτίαν δι' ἣν πάντας τοὺς δαίμονας ἀσμένως προσαγορεύσας, μόνον τὸν Πλοῦτον ὑποβλέπεται. ὁ δὲ εἶπεν, ἀλλ' ἔγωγε διὰ τοῦτο αὐτὸν ὑποβλέπομαι, ὅτι παρ' ὃν καιρὸν ἐν ἀνθρώποις ἦμεν, ἑώρων αὐτὸν, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, τοῖς πονηροῖς συνόντα.

115. *Hercules & Plutus.*

OPes invisæ meritò sunt forti viro,
Quia dives arca veram laudem intercipit.
Cœlo receptus propter virtutem Hercules,
Quum gratulanter persalutasset Deos,
Veniente Pluto, qui Fortunæ est filius,
Avertit oculos: causam quæsivit Pater:
Odi, inquit, illum, quia malis amicus est,
Simulque objecto cuncta corrumpit lucro.

ρις΄. Ἄνθρωπος καταθραύσας ἄγαλμα.

Ἄνθρωπός τις ξύλινον ἔχων θεὸν, καθικέτευε τοῦ ἀγαθοποιῆσαι αὐτόν. ὡς οὖν ταῦτα ἔπραττεν, καὶ οὐδὲν ἧττον ἐν πενίᾳ διῆγε, θυμωθεὶς, ἄρας αὐτὸν τῶν σκελῶν, ἔῤῥιψεν εἰς τὸ ἔδαφος. προσκρουσάσης οὖν τῆς κεφαλῆς, καὶ αὐτίκα κλασθείσης, χρυσὸς ἐξέῤῥευσεν ὅτι πλεῖστος. ὅνπερ δὴ συνάγων ὁ ἄνθρωπος ἐβόα, στρεβλὸς ὑπάρχεις ὡς γε οἶμαι, καὶ ἀγνώμων. τιμῶντα σε γὰρ ἥκιστά με ὠφέλησας, τυπτήσαντα δέ σε πολλοῖς καλοῖς ἀμείβῃ.

116. *Homo perfractor ſtatuæ.*

EXculptam habebat (neſcio cujus Dei)
Imaginem pauper, nemoris olim incolam:
Huic offerebat ille quotidiè preces,
Pro more poſcens, munera ut frequentia
Opeſque magnas ſubminiſtraret ſibi.
At nil inanes profuêrunt pauperi
Preces: ſed ille priſtinâ indigentiâ
Vexatus, ut quondam, inquietè egit dies.
Furore tandem exardet implacabili;
Statuamque totis, queis potuerat, viribus
Attollit in ſublime, humique dejicit.
Hæc ſparſa jacuit, at ruinâ nobili
Explevit hominis vota: nam fractum caput
Cerebrum repentè oſtendit intùs aureum;
Quod lætus ille colligens, ſtupidiſſimum
O Numen, ait, ô ligneum verè Deum,
Non ſpontè blandum! nempe tu nihil mihi
Dederas precanti, at verberanti plurima.

ριζ΄. Καρκῖνος καὶ Ἀλώπηξ.

Καρκῖνος ἀπὸ τῆς θαλάσσης ἀναβὰς, ἐπί τινος ἐνέμετο τόπου. ἀλώπηξ δὲ λιμώττουσα, ὡς ἐθεάσατο, προσελθοῦσα ἀνέλαβεν αὐτόν. ὁ δὲ μέλλων καταβιβρώσκεσθαι, ἔφη, ἀλλ' ἔγωγε δίκαια πέπονθα, ὃς θαλάττιος ὢν, χερσαῖος ἠβουλήθην γενέσθαι.

117. *Cancer & Vulpes.*

EGreſſus undis Cancer, atque in gramine
Paſtus virenti, Vulpis in fauces cadit:
Et jam voracis dente lacerandus feræ,
Juſtè, inquit, accidit hoc mihi infortunium,
Neque enim marinum, habitare terram oportuit.

ριή. Λέων καὶ Ἄρκτος.

Λέων καὶ ἄρκτος ὁμοῦ νεβρῷ περιτυχόντες, περὶ τούτου ἐμάχοντο. δεινῶς οὖν ὑπ' ἀλλήλων διατεθέντες, ὡς ἐκ τῆς πολλῆς μάχης καὶ σκοτοδινιάσαι, ἀπαυδήσαντες ἔκειντο. ἀλώπηξ δὲ κύκλῳ περιιοῦσα, πεπτωκότας αὐτοὺς ἰδοῦσα, καὶ τὸν νεβρὸν ἐν τῷ μέσῳ κείμενον, τοῦτο διὰ μέσου ἀμφοῖν διαδραμοῦσα καὶ ἁρπάσασα, φεύγουσα ᾤχετο. οἱ δὲ βλέποντες μὲν αὐτὴν, μὴ δυνάμενοι δὲ ἀναστῆναι, δείλαιοι ἡμεῖς, εἶπον, ὅτι δι' ἀλώπεκα ἐμοχθοῦμεν.

118. *Leo & Ursus.*

Venatum euntes Ursus & Leo simul
Cepêre pinguem in saltibus fortè hinnulum;
Prædamque uterque vendicavit dum sibi,
Pugnam feroces protinùs inibant gravem:
Hinc aspero dente, inde validis unguibus
Certare, vires viribus repellere,
Tellusque purpureo madere flumine:
Mox ambo miserè sauciati, in humum simul
Strati, jacebant vix trahentes halitum;
Prædæque, & iræ penitùs immemores suæ:
Hâc interim vulpecula viâ transiens,
Ferasque spectans vulneratas, hinnulum
Corripuit in medio jacentem, & cum suo
Læta onere fugiebat: videntes hoc feræ,
Diuque nixi fracta membra tollere,
Frustra, inquiunt, certavimus; miseris modis
Laceravit alter alterum; at vulpecula
Quæ nil laboris tædiive pertulit,
Nostri reportat præmium certaminis.

ριθ'. Ἀλώπηξ λιμώττουσα.

Ἀλώπηξ λιμώττουσα ἐν πείνῃ ἐθεάσατο βοσκοῦ κρέα καὶ ἄρτον ἐπί τινα καλύβην ὑπ' αὐτοῦ καταλειφθέντα. καὶ εἰσελθοῦσα διὰ στενοτάτης ὀπῆς, ἔφαγεν αὐτὰ ἡδέως. ἐξογκωθεῖσα δὲ καὶ μὴ δυναμένη ἐξελθεῖν τῆς καλύβης, ἔστενε καὶ ὠλοφύρετο. ἑτέρα δὲ ἀλώπηξ διερχομένη ἤκουσεν αὐτῆς τὸν στεναγμὸν, καὶ προσελθοῦσα ἐπυνθάνετο τὴν αἰτίαν, καὶ μαθοῦσα ἔφη, μένε τέως ἐνταῦθα, ἕως ἂν τοιαύτη γένῃ, ὁποία οὖσα εἰσῆλθες.

119. *Vulpes esuriens.*

Fortè per angustam tenuis Vulpecula rimam
Repserat in cumeram frumenti, pastaque rursus
Ire foràs pleno tendebat corpore frustrà:
Cui mustela procul, si vis, ait, effugere istinc,
Macra cavum repetes arctum, quem macra subisti.

ρκ΄. Ἁλιεὺς καὶ Σμαρίς.

Ἁλιεὺς τὸ δίκτυον χαλάσας ἐν τῇ θαλάττῃ, ἀνήνεγκε σμαρίδα. σμικρὰ δὲ οὖσα, ἱκέτευεν αὐτὸν νῦν μὲν μὴ λαβεῖν αὐτήν, ἀλλ᾽ ἐᾶσαι διὰ τὸ σμικρὰν τυγχάνειν· ἀλλ᾽ ὅταν αὐξηθῶ καὶ μεγάλη, φησὶ, γένωμαι, συλλαβεῖν με δυνήσῃ, ἐπεὶ καὶ εἰς μείζονά σοι ὠφέλειαν ἔσομαι. καὶ ὁ ἁλιεὺς εἶπεν, ἀλλ᾽ ἔγωγε ἄνους ἂν εἴην, εἰ τὸ ἐν χερσὶ παρεὶς κέρδος, κἂν σμικρὸν ᾖ, τὸ προσδοκώμενον, κἂν μέγα ὑπάρχῃ, ἐλπίζειν.

120. *Piſcator & Cerrus.*

PIſcator ſolitus prædam ſuſpendere ſetâ
Exigui piſcis vile trahebat onus;
Sed poſtquam ſuperas captum perduxit ad auras,
Atque avido fixum vulnus ab ore tulit;
Parce, precor, ſupplex lacrymis ita dixit obortis,
Quantilla ex noſtro corpore damna feres?
Nunc me ſaxoſis genitrix fœcunda ſub antris
Fudit, & in propriis ludere juſſit aquis:
Tolle minas, tenerumque tuis ſine creſcere menſis,
Hæc tibi me rurſum littoris unda dabit:
Protinus immenſi depaſtus cærula ponti,
Pinguior ad calamum ſponte recurro tuum.
Ille nefas captum referens abſolvere piſcem,
Difficiles queritur caſibus eſſe vices:
Nam miſerum eſt, inquit, præſentem amittere prædam,
Stultiùs & rurſum vota futura ſequi.

ρκα΄. Δρυοτόμοι καὶ Πεύκη.

Δρυτόμοι ἔσχιζον τινα πεύκην· σφῆνας δὲ ἐξ αὐτῆς πεποιηκότες, εὐκόλως ἔσχιζον. ἡ δὲ εἶπεν, οὐ τοσοῦτον τὸν κόπτοντα πέλεκυν μέμφομαι, ὅσον τοὺς ἐξ ἐμοῦ γεννηθέντας σφῆνας.

121. *Lignarii & Abies.*

IN ſylvâ acutis Ruſtici bipennibus
Findunt abietem frondeam Lignarii;
Cuneoſque, ſciſſis dedolantes ramulis,
Minore niſu fiſſile peragunt opus:
Nam cunei adacti media per foramina
Nodos repentè dividunt aſperrimos:
Lacerata tum ſic arbor; ego neque cuſpidem,
Bipennis, inquit, culpo, nec Lignarium;
Sed hoc dolet, quòd germine meo ſaucier.

ρκβ΄. Ἀλώπηξ καὶ Ἐχῖνος.

Ἀλώπηξ διαβαίνουσα ποταμὸν ἀπώσθη εἰς φάραγγα· οὐ δυναμένη δὲ ἐκβῆναι, πολὺν χρόνον κακοπαθεῖ, καὶ κυνοραϊσταὶ πολλοὶ ἔχονται αὐτῆς· ἐχῖνος δὲ πλανώμενος, ὡς εἶδεν αὐτὴν, κατοικτείρας ἐρωτᾷ, εἰ ἀφέλοι αὐτῆς τοὺς κυνοραϊστάς· ἡ δὲ οὐκ ἐᾶ. ἐρομένου δὲ διὰ τί, ἔφη, ὅτι οὗτοι μὲν πλήρεις μου ἤδη εἰσὶ, καὶ ὀλίγον ἕλκουσιν αἷμα· ἐὰν δὲ τούτους ἀφέλῃ, ἕτεροι ἐλθόντες πεινῶντες, ἐκπιοῦνταί μου τὸ λοιπὸν αἷμα.

122. *Vulpes & Erinaceus.*

TRanârat alti fluminis Vulpes vadum:
Sed ripâ in ipsâ, & udo aquarum margine,
Voraginoso crura defigens luto,
Muscarum acuto obnoxia hæsit morsui:
Quam destitutæ Vulpis ærumnam, dolens
Qui fortè eò devenerat Erinaceus,
Amanter atque sedulò officium suum,
Si quâ in re eam juvare posset, obtulit:
Atque adeo, quando eripere te istinc non queo,
Vis, inquit, istas ut abigam muscas tibi
Quæ te exedunt? Minimè, ait illa, gentium:
Nam si hæ recedant, quæ repletæ ac turgidæ
Non admodum nocere jam nobis queunt,
Aliæ illicò successerint famelicæ,
Quæ reliquum omnem sanguinem exsugant mihi.

ρκγ΄. Ὄνος καὶ Ἀλώπηξ.

Ὄνος ἐνδυσάμενος λεοντῆν, περιῄει, τἄλλα τῶν ζώων ἐκφοβῶν. καὶ δὴ θεασάμενος ἀλώπεκα, ἐπειρᾶτο καὶ ταύτην δεδίττεσθαι. ἡ δὲ (ἐτύγχανε γὰρ αὐτοῦ φθεγξαμένου προακηκουῖα) πρὸς αὐτὸν ἔφη, ἀλλ' εὖ ἴσθι, ὡς καὶ ἐγὼ ἄν σε ἐφοβήθην, εἰ μὴ ὀγκωμένου ἤκουσα.

123. *Asinus & Vulpes.*

LEonis olim pelle Asellus indutus
Reliquas quadrupedes territans vagabatur:
Vulpi quoque obviæ insolenter insultans,
Terrere & hanc tentavit: illa quæ ignavum
Rudentis ejus fortè murmur audîsset,
Tua, inquit, ista horrenda torvitas oris
Gravi profectò me pavore complêsset,
Nisi, qui leo esses, te rudente cognôssem.

ρκδ'. Τοξότης καὶ Λέων.

Ἀνῆλθέ τις εἰς ὄρος τοξικῆς ἔμπειρος κυνηγῆσαι. πάντα δὲ τὰ ζῶα ἔφυγον· λέων δὲ μόνος προσεκαλεῖτο αὐτὸν πρὸς μάχην. ὁ δὲ βέλος πέμψας, καὶ τὸν λέοντα βαλὼν εἶπεν, ἴδε τὸν ἐμὸν ἄγγελον οἷός ἐστι· καὶ δὴ ποτε ἐπέρχομαί σοι κἀγώ. ὁ δὲ λέων βληθεὶς ὥρμησε φεύγειν. ἀλώπεκος δὲ τοῦτον θαῤῥεῖν καὶ μὴ φεύγειν λεγούσης, ἔφη ὁ λέων, οὐδαμῶς με πλανήσεις· ὅπου γὰρ τοιοῦτον πικρὸν ἄγγελον ἔχει, εἰ αὐτὸς ἐπέλθοι μοι, τί ἂν ποιήσω;

124. *Jaculator & Leo.*

VEnator arcus & ſagittas comparans,
Egreditur alta in montium cacumina;
Dirumque cunctis prælium indicit feris:
Illæ antra territæ atque ſpeluncas petunt,
Leone ſolùm excepto; at hic ſtat efferus,
Hominemque, præſens in duellum provocat:
Arcum ille tendens, beſtiamque cuſpide
Figens volanti; miſſilem accipe nuncium
Imprimis, ait; atque ipſe non tardus ſequar:
Leo ulceratus protinùs ſeſe in fugam
Convertit, atque antra petit: Illum conſpicit
Vulpecula; & ſiſte, inquit, ó fortiſſime,
Gradum; atque honorem beſtiarum vindica:
Cui vulneratus Leo, ſed haud me ſubdola
Suadebis, inquit, rurſùm ut occurram viro;
Namque ita tremendus ſi ſit ejus nuncius,
De me quid oro fiet, ipſe ſi adforet?

ρκε'. Τύχη.

Ἐγγὺς φρέατός τις ἐκοιμᾶτο. ἡ δὲ τύχη ἐπιστᾶσα αὐτῷ εἶπεν, ἔγειραι, καὶ ἀλλαχοῦ κοιμήθητι, μή πως ἐν τῷ φρέατί σου πεσόντος, ἐμὲ τὴν τύχην ἅπαντες καταμέμψωνται.

125. *Fortuna.*

SOmno gravatus ad profundi marginem
Putei jacebat vir pericli neſcius:
Fortuna juxtà ſtetit, & hominem ſuſcitans,
Exurge, dixit, & hinc remotiùs jace;
Nam ſortè putei ſi in voraginem cadas,
Culpabor inſons ob tuam imprudentiam.

ρκϛ'. Ὄφις

ρκϛʹ. Ὄφις καὶ Γεωργός.

Ὄφις ἐν γεωργοῦ προθύροις φωλεύων, ἀνεῖλεν αὐτοῦ τὸ νήπιον παιδίον. πένθος δὲ τοῖς γονεῦσιν ἐγένετο μέγα. ὁ δὲ πατὴρ ὑπὸ τῆς λύπης πέλεκυν λαβὼν, ἔμελλεν τὸν ὄφιν ἐξελθόντα φονεύσειν. ὡς δὲ ἔκυψε μικρὸν, σπεύσας ὁ γεωργὸς τοῦ πατάξαι αὐτὸν, ἠστόχησε, μόνον κρούσας τὴν τῆς τρώγλης ὀπήν. ἀπελθόντος δὲ τοῦ ὄφεως, ὁ γεωργὸς νομίσας τὸν ὄφιν μηκέτι μνησικακεῖν, λαβὼν ἄρτον καὶ ἅλας, ἔθηκεν ἐν τῇ τρώγλῃ. ὁ δὲ ὄφις λεπτὸν συρίξας, εἶπεν, οὐκ ἔσται ἡμῖν ἀπάρτι πίστις ἢ φιλία, ἕως ἂν ἐγὼ τὴν πέτραν ὁρῶ, σὺ δὲ τὸν τύμβον τοῦ τέκνου.

126. *Serpens & Agricola.*

SErpens latere ſolitus infra Ruſtici
Veſtibula, ſuſtulit hominis puerculum
Ingratus, & neci venenoſus dedit:
Hinc gemitus ingens, hinc parentibus dolor
Exorſus eſt immenſus, & vindex furor:
Nam genitor armatus ſecuri dexteram,
Parabat irâ accenſus exitium feræ;
Manenſque donec Anguis exereret caput,
Nimiſque fervido acer impetu ruens
Percuſſit imprudens foraminis oſtium,
Hoſtique facilem præbuit fugæ locum:
Mox mutuæ diſcordiæ oblitum ratus
Anguem, brevique tempore reducem fore;
Panem ſalemque poſuit in foramine,
Serpentem ut iſto traheret incautum cibo:
Hoc conſpicatus ille, tenui ſibilo
At non tibi iterum credam, ait, nec tu mihi;
Quin hæc manebit ira; dum videbimus
Notam ego bipennis, tu ſepulchrum filii.

ρκζʹ. Λύκος καὶ Λέων.

Λύκος ποτὲ ἄρας πρόβατον ἐκ ποιμνίου, ἐκόμιζεν αὐτὸ εἰς κοίτην. λέων δὲ αὐτῷ συναντήσας ἀφεῖλε τὸ πρόβατον. ὁ δὲ πόῤῥωθεν σταθεὶς εἶπεν, ἀδίκως ἀφείλου τὸ ἐμόν· ὁ δὲ λέων γελάσας ἔφη· σοὶ γὰρ δικαίως ὑπὸ φίλου ἐδόθη.

127. *Lupus & Leo.*

RAptum è grege agnum dum tulit in antrum Lupus;
Huic factus obviam Leo, prædam abſtulit:
Orbatus agno conſtitit procul Lupus,
Curque, inquit, injuſtè meum rapis? huic Leo,
Rapui (fateor) ego, quod tibi ab amico datum eſt.

ρκη΄. Ἀετὸς καὶ Κάνθαρος.

Λαγωὸς ὑπ' ἀετοῦ διωκόμενος πρὸς κοίτην κανθάρου κατέφυγε, δεόμενος ὑπ' αὐτοῦ σωθῆναι. ὁ δὲ κάνθαρος ἠξίου τὸν ἀετὸν μὴ ἀνελεῖν τὸν ἱκέτην, ὁρκίζων αὐτὸν κατὰ τοῦ μεγίστου Διός, ἢ μὴν μὴ καταφρονῆσαι τῆς μικρότητος αὐτοῦ. ὁ δὲ μετ' ὀργῆς τῇ πτέρυγι ῥαπίσας τὸν κάνθαρον, τὸν λαγωὸν ἁρπάσας κατέφαγεν. ὁ δὲ κάνθαρος τῷ τε ἀετῷ συναπέπτη, ὡς τὴν καλιὰν τούτου καταμαθεῖν· καὶ δὴ προσελθών, τὰ ᾠὰ τούτου κατακυλίσας διέφθειρε· τοῦ δὲ δεινὸν ποιησαμένου, εἴ τις τοῦτο τολμήσειε, κἀπὶ μετεωροτέρου τόπου τὸ δεύτερον νεοττοποιησαμένου, κἀκεῖ πάλιν ὁ κάνθαρος τὰ ἴσα τοῦτον διέθηκεν. ὁ δ' ἀετὸς ἀμηχανήσας τοῖς ὅλοις, ἀναβὰς ἐπὶ τὸν Δία (τούτου γὰρ ἱερὸς εἶναι λέγεται) τοῖς αὐτοῦ γόνασι τὴν τρίτην γονὴν τῶν ᾠῶν ἔθηκε, τῷ θεῷ ταῦτα παραθέμενος, καὶ ἱκετεύσας φυλάττειν. ὁ κάνθαρος δὲ κόπρου σφαῖραν ποιήσας, καὶ ἀναβὰς ἐπὶ τὸν κόλπον τοῦ Διὸς ταύτην καθῆκεν. ὁ δὲ Ζεὺς ἀναστὰς ἐφ' ᾧ τὸν ὄνθον ἀποτινάξασθαι, καὶ τὰ ᾠὰ διέρριψεν ἐκλαθόμενος, ἃ καὶ συνετρίβη πεσόντα. μαθὼν δὲ πρὸς τοῦ κανθάρου, ὅτι ταῦτ' ἔδρασε τὸν ἀετὸν ἀμυνόμενος· οὐ γὰρ μὴν τὸν κάνθαρον ἐκεῖνος μόνον ἠδίκησεν, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸν Δία αὐτὸν ἠσέβησε· πρὸς τὸν ἀετὸν εἶπεν ἐλθόντα, κάνθαρον εἶναι τὸν λυποῦντα, καὶ δὴ καὶ δικαίως λυπεῖν. μὴ βουλόμενος οὖν τὸ γένος τὸ τῶν ἀετῶν σπανισθῆναι, συνεβούλευε τῷ κανθάρῳ διαλλαγὰς πρὸς τὸν ἀετὸν θέσθαι. τοῦ δὲ μὴ πειθομένου, ἐκεῖνος εἰς καιρὸν ἕτερον τὸν τῶν ἀετῶν μετέθηκε τοκετόν, ἡνίκα ἂν μὴ φαίνονται κάνθαροι.

128. *Aquila & Scarabæus.*

Aquilâ insequente, supplicem lepusculum
In abdito Scarabæus excepit cavo;
Metumque jussit ponere; hostemque alitem
Sic alloquens, per hospitales te Deos
Obtestor, ait, altumque præcipuè Jovem,
Serva innocentem, parce miserando hospiti;
Nec sperne parvi animalis haud vacuas minas:
Subrisit Aquila, alapamque Scarabæo intulit;
Prædâque correptâ avolavit; hanc simul
Tenellus hostis sequitur usque ad arborem,
Ubi illa nidum posuit; atque hostilia
Terram ova in imam devoluta conterit:
Sic nascituros perdidit pullos avis,
Et maximam spem evertit aquilinæ domûs:

Orbata

Orbata volucris altiori in arbore
Nidum locavit, ſed pari diſpendio;
Nempe hunc quoque Scarabæus aſcendit locum,
Similique, quo priùs modo, ova dejicit:
Tunc deſtituta, omniſque conſilii impotens
Suum Jovem adiit, (Aquila nempe ales Jovis)
Illique tradens tertiam propaginem,
In proprio oravit ſinu reponere:
Hoc ſentiens, novumque vindictæ modum
Meditatus hoſtis, ſtercoris olidi globum
Volvens poſuit ipſo Tonantis in ſinu:
Surgens repentè Deus ut hunc abſtergeret,
Aquilina pariter ova neſcius excutit;
Spemque alitis ſui ſupremam projicit:
Voto potitus hoſtis ad Divum venit,
Aquilam orſus incuſare, quòd violaverat
Jura hoſpitantûm, & ſpreverat Dominum Jovem:
Tunc Jupiter ſublimis in ſolio ſedens,
Et Judicis vultum induens, ſententiam
Venerandus ità pronunciat; meritò, ô avis,
Puniris; &, Scarabæe, meritò tu doles;
Ulteriùs autem nè odia tendatis, velim;
Quapropter ite hinc atque amici vivite:
Renuente Scarabæo quieſcere ſe Dei
Sententiâ, incepit timere Jupiter
Hujuſce odia nè Aquilas penitùs extinguerent,
Suique perderet hic miniſtrum fulminis:
Aquilam ergo juſſit ova in illo tempore
Excludere, Scarabæus antro cùm latet
Concluſus; ut ſic hoſtium implacabilis
Maneret ira, ſed maneret innocens.

ρκθ'. Καρύα.

Καρύα τὶς ἐν ὁδῷ ἱσαμένη, καρπὸν ἔφερε πολύν· οἱ δὲ παροδῖται, λίθοις καὶ βάκτροις κατέκλων διὰ τὰ κάρυα. ἡ δὲ οἰκτρὸν ἔφη, ὦ ἀθλία ἐγώ, ὅτι οὓς τῶν καρπῶν μου εὐφραίνω, ὑπὸ τούτων δεινὰς ἀντιλαμβάνω χάριτας.

129. *Nux.*

Nux eſculentos arbor in trivio ſita
Fructus ferebat; quos ut inde excerpere
Poſſent viatores, lapidibus undique
Tortiſque baculis verberabant arborem:
Nudata tandem illa, & lacera miſeris modis;
Si fertilis ita rependor, (inquit) quam velim,
Minore cum diſpendio ut ſterilis forem!

ρλ΄. Λέων καὶ Λαγωός.

Λέων περιτυχὼν λαγωῷ κοιμωμένῳ, τοῦτον ἔμελλε καταφαγεῖν· μεταξὺ δὲ θεασάμενος ἔλαφον παριοῦσαν, ἀφεὶς τὸν λαγωὸν, ἐκείνην ἐδίωκεν, ὁ μὲν οὖν ἀπὸ ψόφου ἐξαναστὰς ἔφυγεν. ὁ δὲ λέων ἐπιπολὺ διώξας τὴν ἔλαφον ἐπειδὴ καταλαβεῖν οὐκ ἐδυνήθη, ἐπανῆλθεν ἐπὶ τὸν λαγωόν· εὑρὼν δὲ κἀκεῖνον πεφευγότα, ἔφη, ἀλλ᾽ ἔγωγε δίκαια πέπονθα· ὅτι περ ἀφεὶς τὴν ἐν χερσὶ βορὰν, μείζονα ἐλπίδα προέκρινα.

130. *Leo & Lepus.*

SOpitum viridi Leporem dum vidit in herbâ
Jejunus Leo, rictuque immani ora resolvit
Illum arrepturus; prægrandi corpore cervam
Istâ fortè viâ aspiciebat prætereuntem:
Tum spernens Leporem, ingentemque per arva secutus
Cervam, magno iter instituit conamine; sed mox
Cùm sese multùm cursu lassarat inani,
Nec poterat prædam speratam attingere; cœpit
Ad Leporem, quem despexit priùs, inde reverti:
Ille sed interea aufugit; vacuamque reliquit
Hosti sedem; qui sic prædâ orbatus utrâque,
Et frustrà plorans; meritò hoc, inquit, patior, qui
Pro incertis certa amisi: at præstantius esset
Captâsse exiguum Leporem, quàm amittere cervam.

ρλα΄. Λύκος καὶ Αλώπηξ.

Εἰς λύκον ἀλώπηξ ἐνέπεσεν· ἐδυσώπει δὲ ὡς γραῦν αὐτὴν οὖσαν μὴ ἀποκτεῖναι. ὁ δὲ λύκος ἔφη, εἰ τρεῖς λόγους ἀληθεῖς εἴποις μοι, ἀπολυθήσῃ. ἡ δὲ εἶπεν, εἴθε μή σοι συνήντησα, εἰ δὲ συνήντησα, τυφλόν σε ὑπαντήσαι, καὶ μηδαμῶς τῇ ὥρᾳ ταύτῃ ζήσῃς, καὶ πάλιν συναντήσῃς με.

131. *Lupus & Vulpes.*

VUlpes in avidas incidens fauces Lupi,
Implorat hostem, mitis illi ut parceret
Laboribus confectæ & annis oblitæ:
Si terna, Lupus inquit, statim vocabula
Proferre poteris fraudis expers; sospitem
Dimittam & intactam. Orsa tum Vulpes loqui;
Utinam (inquit) in te haud incidissem, sive te
Cæcum prehendissem; tremendum scilicet
Ultrò intulissem, quod timeo lethum, tibi.

ρλβʹ. Ὄνος καὶ Λέων.

Ὄνῳ ποτὲ ἀλεκτρυὼν συνεβόσκετο. λέοντος δ' ἐπελθόντος τῷ ὄνῳ, ὁ ἀλεκτρυὼν ἐφώνησε, καὶ ὁ μὲν λέων (φασὶ γὰρ τοῦτον τὴν ἀλεκτρυόνος φωνὴν φοβεῖσθαι) ἔφυγεν. ὁ δ' ὄνος νομίσας δι' αὐτὸν πεφευγέναι, ἐπέδραμεν εὐθὺς τῷ λέοντι. ὡς δὲ πόῤῥω τοῦτον ἐδίωξεν, ἔνθα μηκέτι ἡ τῆς ἀλεκτρυόνος ἐφίκετο φωνὴ, στραφεὶς ὁ λέων κατεθοινήσατο. ὁ δὲ θνήσκων ἐβόα, ἄθλιος ἐγὼ καὶ ἀνόητος. πολεμιστῶν γὰρ μὴ ὢν γονέων, τίνος χάριν εἰς πόλεμον ἐξωρμήθην;

132. *Asinus & Leo.*

HErbosa carpebat dum Asellus gramina,
Fame incitatus hunc adortus est Leo:
Gallus, qui eodem fortè pastus est loco,
Clamare cœpit; tum Leo (neque enim potest
Perferre galli cantum) agro se proripit:
Inani Asellus hinc tumens superbiâ,
Et se Leonem terruisse judicans,
Gradu citato persecutus est feram:
Mox alterum cùm in locum pervenerant,
Ubi nulla galli vox Leonem terruit;
Facilè hic Asellum dente laniavit truci:
Serò ille propriam intelligens dementiam,
O me stolidum, ait! nempe Aselli filius
Cur me Leoni credidi parem fore?

ρλγʹ. Κώνωψ καὶ Βοῦς.

Κώνωψ ἐπὶ κέρατος βοὸς ἐκαθέσθη καὶ ηὔλει. εἶπε δὲ πρὸς τὸν βοῦν, εἰ βαρῶ σου τὸν τένοντα, ἀναχωρήσω. ὁ δὲ ἔφη, οὔτε ὅτε ἦλθες ἔγνων, οὔτε ἐὰν μένης μελήσει μοι.

133. *Culex & Taurus.*

INane liquidi pondus aëris Culex,
Illuc & illuc dum vagatur bombilans,
Laboriosi sedit in cornu Bovis:
Vix ille lentos moverat gressus pedum,
Culex repentè petiit, num tibi grave
Onus ambulanti videor? Taure, si voles,
Ut hâc te nostri mole corporis levem,
Citò avolare possum; quid vis impera;
Ad hæc, juvencus; isthic dum libet mane,
Nam te sedentem in cornu non sensi, Culex,
Nec si avolâris, avolâsse sensero.

ρλδʹ. Ἐλα-

ρλδ΄. Ἔλαφος.

Ἔλαφος τὸν ἕτερον πεπηρωμένη τῶν ὀφθαλμῶν, ἐπ᾽ ἠϊόνος ἐνέμετο, τὸν μὲν ὑγιᾶ τῶν ὀφθαλμῶν πρὸς τὴν ξηρὰν διὰ τοὺς κυνηγέτας ἔχουσα, τὸν δὲ λοιπὸν πρὸς θάλατταν, ὅθεν οὐδὲν ὑπώπτευε. παραπλέοντες δέ τινες, καὶ τούτου στοχασάμενοι, αὐτῆς κατετόξευσαν. ἡ δ᾽ ἑαυτὴν ὠλοφύρετο, ὡς ὑφ᾽ ἧς μὲν ἐδεδοίκει, μηδὲν παθοῦσα· ἣν δ᾽ οὐκ ᾤετο κακὸν ἐπάξειν, ὑπὸ ταύτης προδεδομένη.

134. *Cerva.*

VItare cupiens timida venantûm dolos
Orbata ocello Cerva; metuensque vulnera
De parte cæcâ; cæruli ad littus maris
Se sistit, oculum dirigens superstitem
In terram; & herbas læta surgentes vorat:
Florentia at dum saltitat per gramina
Expers timoris: ecce! de ponto volat
Stridens sagitta, & transadigit improvidam.
Hæc pectore ex imo trahens suspiria
Exclamat; ô me animalium miserrimam!
Nil patior unde suspicabar omnia; &
Quà nil timebam, heu! ingruit periculum.

ρλε΄. Ταῦρος καὶ Τράγος.

Λέοντα φεύγων ταῦρος, εἰσῆλθεν εἰς σπήλαιον· τράγος δὲ τοῦτον τοῖς κέρασιν ἐξώθει. ὁ δ᾽ εἶπεν, οὐ σέ, ἀλλὰ τὸν λέοντα φοβοῦμαι. ἐπεὶ παρέλθετο, καὶ τότε γνώσῃ τίς ἡ δύναμις ταύρου καὶ τράγου.

135. *Taurus & Hircus.*

IMmensum Taurus fugeret quum fortè leonem,
Tutaque desertis quæreret antra viis;
Speluncam reperit, quam tunc hirsutus habebat
Cinyphii ductor qui gregis esse solet:
Post ubi summissâ meditantem irrumpere fronte
Obvius obliquo terruit ore Caper;
Tristis abit, longaque fugax de valle loquutus,
(Nam timor expulsum jurgia ferre vetat.)
Non te demissis setosum putide barbis,
Illum qui superest, consequiturque, tremo:
Nam si discedat, nosces stultissime, quantùm
Discrepet à Tauri viribus, Hircus olens.

ρλς΄. Κύνες.

ρλϛ΄. Κύνες.

Ἔχων τις δύο κύνας, τὸν μὲν ἕτερον θηρεύειν ἐδίδαξε, τὸν δὲ λοιπὸν οἰκοφυλακεῖν. καὶ δὴ εἴποτε ὁ θηρευτικὸς ἤγρευέ τι, καὶ ὁ οἰκουρὸς συμμετεῖχεν αὐτῷ τῆς θοίνης. ἀγανακτοῦντος δὲ τοῦ θηρευτικοῦ, κἀκεῖνον ὀνειδίζοντος, εἴ γε αὐτὸς μὲν καθ᾽ ἑκάστην μοχθεῖ, ἐκεῖνος δὲ μηδὲν πονῶν τοῖς αὐτοῦ τρέφεται πόνοις· ὑπολαβὼν αὐτὸς εἶπε, μὴ ἐμέ, ἀλλὰ τὸν δεσπότην μέμφου, ὃς οὐ πονεῖν με ἐδίδαξεν, ἀλλὰ πόνους ἀλλοτρίους ἐσθίειν.

136. *Canes.*

DUos alebat rusticus Canes; domum
Servabat unus, alter agitabat feras:
Quodcunque verò ceperat venaticus,
Id omne herus divisit æquis partibus;
Suumque dedit utrique dimidium Cani:
Venaticus id ægrè ferens, conviciis
Agitare socium cœpit; & cur non, ait,
Cum dapibus etiam dividis pericula?
Ego nempe venatûs fero omne tædium,
Tuque interim labore pinguescis meo:
Non me, inquit alter, hisce sed herum jurgiis
Proscindere decet, qui otiantem vivere
Me docuit, & tuis frui laboribus.

ρλζ΄. Ἀλώπηξ καὶ Πάρδαλις.

Ἀλώπηξ καὶ πάρδαλις περὶ κάλλους ἤριζον. τῆς δὲ παρδάλεως παρ᾽ ἕκαστα τὴν τοῦ σώματος ποικιλίαν προβαλλομένης, ἡ ἀλώπηξ περιτυχοῦσα, εἶπε, πόσον ἐγὼ καλλίων ὑπάρχω, ἥτις οὐ τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν πεποίκιλμαι;

137. *Vulpes & Pardus.*

DIstinctus maculis, & pulchro pectore Pardus
Inter consimiles ibat in arva, feras:
Sed quia nulla graves variarent terga Leones,
Protinus hos miserum credidit esse genus.
Despectat reliqua indignanti animalia vultu,
Et pictâ exultans nobilitate tumet:
Corripit hunc Vulpes cute versicolore superbum;
Et variis ridet terga decora notis:
Vade, ait, & nitidæ frustrà confide juventæ,
At formâ Vulpes interiore nitet.
Miramur potius quos munera pectoris ornant,
Displicet egregiæ pellis inane decus.

ρλη΄. Ὄνος.

Ὄνος ἅλας γέμων ποταμὸν διέβαινεν, ὀλισθὼν δὲ ὡς κατέπεσεν εἰς τὸ ὕδωρ, ἐκτακέντος τοῦ ἅλατος κουφότερος ἐξανέστη. ἡσθεὶς δὲ ἐπὶ τούτῳ, ἐπειδὴ ὕστερόν ποτε σπόγγους ἦν πεφορτισμένος, κατά τινα ποταμὸν ἐγένετο, ᾠήθη δὲ ὅτι ἐὰν πάλιν πέσῃ, ἐλαφρότερος διεγερθήσεται· καὶ δὴ ἑκὼν ὠλίσθησε. συνέβη δὲ αὐτῷ τῶν σπόγγων ἀνασπασάντων τὸ ὕδωρ, μὴ δυνάμενος ἐξανίστασθαι ἐνταῦθα ἀποπνιγῆναι.

138. *Asinus.*

Asini duo unà fortè faciebant iter,
Onustus alter spongiis, alter sale:
Cumque hic vadoso in profluentis transitu
Sub prægravante lapsus esset sarcinâ;
Contacto aquâ sale, inque tabem liquidam
Soluto, ab omni liber onere & gestiens
Evasit undis: spongias alter ferens,
Hoc viso, & ipse sarcinâ sese ut suâ
Levaret, alto sponte procubuit vado:
Sed spongiis aquam usque combibentibus
Depressus imo mersus hæsit flumine.

ρλθ΄. Τέττιξ καὶ Ἀλώπηξ.

Τέττιξ ἐπί τινος ὑψηλοῦ δένδρου ᾖδεν. ἀλώπηξ δὲ βουλομένη αὐτὸν καταφαγεῖν, τοιοῦτον ἐπενόησεν, ἄντικρυς στᾶσα ἐθαύμασεν αὐτοῦ τὴν εὐφωνίαν. καὶ παρεκάλει καταβῆναι, λέγουσα, ὅτι ἐπιθυμεῖ θεάσασθαι πηλίκον ζῶον τηλικαῦτα φθέγγεται. κἀκεῖνος ὑπονοήσας αὐτῆς, ἔφη, ἀλλὰ πεπλάνησαι, ὦ αὕτη, εἰ ὑπέλαβές με καταβήσεσθαι. ἐγὼ γὰρ ἀπ' ἐκείνου ἀλώπεκας φυλάττομαι, ἀφ' οὗ ἐν φωλεῷ τινι ἀλώπεκος πτερὰ τέττιγος ἐθεασάμην.

139. *Cicada & Vulpes.*

Arbore in excelsâ residet dum arguta Cicada
Dulce canens; Vulpes, auditâ voce, resistit;
Atque admiranti similis; quàm suavis amœnæ
Gratia vocis, ait! quali modulamine nostras
Demulsisti aures! huc, ô dulcissima rerum,
Descende, atque amplexu nè te subtrahe nostro.
Illa dolum agnoscens; equidem descendere vellem
Et tecum versari, inquit; sed penna Cicadæ
Me vel adhuc terret visa olim Vulpis in antro.

ρμʹ. Λέων καὶ Ἄνθρωπος.

Εἰς ἔειν ἀλλήλοις ἀνήρ τε καὶ λέων προῆλθον· καὶ ὁ μὲν ἀνὴρ τὸ τῶν ἀνθρώπων κρεῖττον ἀπέφηνε γένος· ὁ δὲ τοῖς λέουσιν ἐδίδου τὸ πλέον. ἁμιλλωμένων δὲ περὶ τοῦ κρείττονος, πίστιν ὁ ἀνὴρ ἐξ εἰκόνος ἐλάμβανε, ἐν ᾗ λέων ἐγέγλυπτο ἐξ ἀνδρὸς ἁλισκόμενος. καὶ πρὸς ἐκεῖνον ὁ λέων, εἰ δὲ καὶ παρ' ἡμῖν ἦσαν οἱ γλύφοντες, πλείους ἂν εἶδες ἑαλωκότας ἐκ λεόντων ἀνθρώπους, ἢ παρὰ ἀνθρώπους λέοντας.

140. *Leo & Homo.*

HOmo Leoque carpentes viam ſimul,
Cœpêre varia inter ſe dicta cædere;
Ut iter levaret fabulæ jucunditas:
Multis peractis quæ referre haud attinet,
Rixantur unà de virtute & robore;
Alterque & alter extollunt genus ſuum;
Neque hic neque ille concedunt: tunc ſic homo:
Neges, licebit; hic paries tamen, Leo.
Certam, ecce, dictis aſtruit fidem meis:
Viden' Leonem quàm facilè homo ſtrangulet?
Fateor, magiſter, inquit irridens Leo,
Pictura veſtra vobis ſcilicet favet.

ρμαʹ. Ὄνος καὶ Λύκος.

ὌΝΟΣ πατήσας σκόλοπα χωλὸς εἱστήκει. λύκον δὲ ἰδὼν, ἔφη αὐτῷ, ὦ λύκε, ἰδοὺ ἐκ πόνου ἀποθνήσκω. καὶ δεῖ μέ σε γενέσθαι δεῖπνον, ἢ γυπῶν, ἢ κοράκων. χάριν δὲ μίαν αἰτῶ σε, ἐξελεῖν πρῶτον σκόλοπα ἐκ ποδός μου, ὅπως μὴ μετὰ πόνου τεθνήξωμαι. ὁ δὲ λύκος ἀκούσας ὀδοῦσι δακὼν τὸν σκόλοπα, ἐξεῖλεν. ὁ ὄνος δὲ λυθεὶς τοῦ πόνου, ἐπὶ τὸν λύκον χάσκοντα λακτίσας φάγγι, ῥῖνας, μέτωπον, καὶ ὀδόντας συνθλάσας. ὁ δὲ λύκος ἔφη, οἴμοι δίκαια πάσχω, ὅτι μάγειρος εἶναι μαθὼν τὸ πρῶτον, νῦν ἰατρὸς ἠθέλησα γενέσθαι.

141. *Aſinus & Lupus.*

CAlcatus Aſino clavus in pede hæſerat:
Quam Lupus acutâ fretus acie dentium,
Medicum profeſſus, atque pactus præmium,
Extraxit: itaque exigere mercedem inſtitit,
Obverſus Aſinus, graviter os improvidi
Lupi, atque mediam calce frontem perculit:
Ibi Lupus, Jure, inquit, hoc mihi accidit:
Neque enim, coquus qui ſum, agere medicum debui.

ρμβʹ. Βά-

ρμβʹ. Βάτος καὶ Ἐλάτη.

Ἐλάτη καυχωμένη τῇ βάτῳ ἔλεγεν, ἐν οὐδενὶ οὐδὲν χρησιμεύεις, ὅτε ἐγὼ ἐν στέγεσί που χρησιμεύω καὶ οἴκοις. ἡ δὲ βάτος ἔφη, ὦ ἐλεεινή, εἰ μνησθεῖσα τῶν πελέκεων καὶ πριόνων τῶν κοπτόντων σε, βάτος ἂν εἶχες θελήσειν γενέσθαι, οὐκ ἐλάτη.

142. *Dumus & Abies.*

HOrrentes Dumos Abies pulcherrima risit,
Dum jactant formæ splendida dona suæ:
Cedat honos (inquit) meritis, neve ambiat arbor
Quod natura parens non dedit alma, decus:
Nam mihi protensum surgens in nubila corpus
Verticis erectas tollit in astra comas:
Puppibus in patulis mediâ nos sede locamur,
Quà tumidis ventis carbasa plena fluunt.
Neglectum interea vix respicit advena Dumum,
Nempe tuis ramis horrida spina riget:
Ille refert, nunc exultas, nunc tuta superbis;
Et frueris nostris imperiosa malis.
Sed quum pulchra minax succidet membra securis,
Quàm velles spinas tunc habuisse meas!

ρμγʹ. Ὄνος καὶ Βάτραχοι.

Ὄνος ξύλα βαστάζων, διέβαινέ τινα λίμνην. ὀλισθήσας δὲ ὡς κατέπεσεν, ἐξαναστῆναι μὴ δυνάμενος, ὠδύρετό τε καὶ ἔστενεν. οἱ δὲ ἐν τῇ λίμνῃ βάτραχοι τῶν στεναγμῶν τούτου ἀκούσαντες, ὦ οὗτος, ἔφασαν, καὶ τί ἂν ἐποίησας, εἰ τοσοῦτον ἐνταῦθα χρόνον διέτριβες, ὅσον ἡμεῖς, ὅτε πρὸς ὀλίγον πεσὼν, οὕτως ὀδύρῃ;

143. *Asinus & Ranæ.*

ONere gravatus stagna per liquentia
Dum transit Asinus, in paludem decidit:
Ibique frustrà dum gemit, nec se luto
Valet expedire, penè demersus jacet:
Hunc interim querulæ paludis incolæ
Ranæ audientes, inquiunt; ita si ingemis,
Plorasque damna unius horæ; heu! qualia
Lamenta, qualia ederes suspiria,
Si semper in palude nobiscum fores?

ρμδ΄. Δρῦς καὶ Κάλαμοι.

Δρῦν ἄνεμος ἐκριζώσας ἐν ποταμῷ ἔρριψεν· ἡ δὲ φερομένη τοὺς καλάμους ἠρώτα, πῶς ὑμεῖς ἀσθενεῖς ὄντες καὶ λεπτοὶ ὑπὸ τῶν βιαίων ἀνέμων οὐκ ἐκριζοῦσθε; οἱ δὲ εἶπον, ὑμεῖς τοῖς ἀνέμοις μάχεσθε καὶ ἀντίστασθε, καὶ διὰ τοῦτο ἐκριζοῦσθε· ἡμεῖς δὲ παντὶ ἀνέμῳ ὑποπίπτοντες, ἀβλαβεῖς διαμένομεν.

144. *Quercus & Calami.*

AGitante venti ſpiritu radicitùs
Evulſa Quercus; fluminiſque per alveum
Delapſa, Calamos allocuta eſt ſtridulos:
Vos unde tenui caule vix benè penduli
Sic ſuſtinetis horridos venti impetus,
Nec flatus iſte vos ſimul loco amovet?
Sic Quercus: atque illi Calamus hæc reddidit;
Suffulta tu radice nunquam flexili,
Validiſque trunci fiſa nimium viribus,
Inſanienti audes noto reſiſtere:
Nos interim omni flatui ultrò cedimus;
Nobiſque præſidium obſequela comparat,
Quod ferre neſcit veſtra contumacia.

ρμε΄. Ὁδοιπόροι καὶ Πλάτανος.

Ὁδοιπόροι θέρους ὥρᾳ περὶ μεσημβρίαν ὑπὸ καύματος συνεχόμενοι, ὡς ἐθεάσαντο πλάτανον, ὑπὸ ταύτην καταντήσαντες, καὶ ἐν τῇ σκιᾷ κατακλιθέντες, ἀνεπαύοντο. ἀναβλέψαντες δὲ εἰς τὴν πλάτανον ἔλεγον πρὸς ἀλλήλους, ὡς ἀνωφελές ἐστι καὶ ἄκαρπον τοῦτο ἀνθρώποις τὸ δένδρον. ἡ δὲ ὑποτυχοῦσα ἔφη πρὸς αὐτούς, ὦ ἀχάριστοι, ὅτι τῆς ἐξ ἐμοῦ εὐεργεσίας ἀπολαύοντες, ἀχρείαν με καὶ ἄκαρπον ἀποκαλεῖτε.

145. *Viatores & Platanus.*

PEr ſolis æſtum dum Viatores iter
Fecêre, radiis penè aduſti fervidis,
Vidêre Platanum; cujus umbroſâ ſimul
Sub fronde proſtrati quieſcebant: at hinc
Dum ſurſum ocellos ſuſtulêre in arborem;
Quàm ſterilis, aiunt, quàm penitùs inutilis
Infructuoſas arbor attollit comas!
Queis platanus; ingrati eſtis, inquit, me arborem
Inutilem dicere, ſimul & umbrâ frui.

ρμϛ'. Κύων καὶ Δεσπότης.

Ἔχων τις κύνα μελιταῖον καὶ ὄνον, διετέλει τῷ κυνὶ προσπαίζων. καὶ εἴποτε ἔξω δεῖπνον εἶχεν, ἐκόμιζέν τι αὐτῷ, καὶ προσιόντι παρέβαλεν. ὁ δὲ ὄνος ζηλώσας, προσέδραμεν αὐτὸς, καὶ σκιρτῶν ἐλάκτισε τὸν δεσπότην. καὶ οὗτος ἀγανακτήσας ἐκέλευσε παίοντα αὐτὸν ἀναγαγεῖν πρὸς τὸν πυλῶνα, καὶ τοῦτον δῆσαι.

146. *Canis & Dominus.*

ASellus & Canis in domo unâ vixerant,
Hic lusibus, sed alter operi idoneus:
Hinc inde saltitat catellus, atque hero
Petulcus adblanditur, & collo insilit:
Hunc ille manibus tractat, hunc sinu fovet,
Et blandus offas delicatas porrigit:
Id conspicatur asinus, & Cani invidens,
Similes parabat ipse blanditias viro;
Huic igitur occurrens, & impetu ruens,
Turpi salutat more, herumque vulnerat.
Extemplò asellus ducitur malam in crucem,
Duroque fuste mox dolatus, audiit;
Non eadem asellum, stulte, quæ Canem decent.

ρμζ'. Λέων καὶ Κάπρος.

Θέρους ἐν ὥρᾳ ὅτε τὸ καῦμα δίψει λυπεῖ· εἰς μικρὰν πηγὴν λέων καὶ κάπρος ἦλθον πιεῖν. ἤριζον δέ τις πρῶτος αὐτῶν πίῃ. ἐκ τούτου δὲ πρὸς φόνον ἀλλήλων διηγέρθησαν. ἄφνω δὲ ἐπιστραφέντες πρὸς τὸ ἀναπνεῦσαι, εἶδον γῦπας ἐκδεχομένους ὃς αὐτῶν πέσῃ, τοῦτον καταφαγεῖν. λύσαντες τὴν ἔχθραν εἶπον· κρεῖσσόν ἐστι ἡμᾶς φίλους γενέσθαι, ἢ βρῶμα γυψὶ καὶ κόραξι.

147. *Leo & Aper.*

AD rivum eundem Aper & Leo convenerant,
Ut æstuantem extinguerent lymphâ sitim:
Primumque uterque vendicavit dum sibi
Haustum; asperâ contentione exarserant,
Pugnamque inierant fervidam: sed mox gravi
Labore defessi petebant invicem
Moram, ut fugaces recrearent spiritus:
Oculosque dum alta sustulêre ad sydera,
Vidêre desuper imminentes vultures
Prædam opperiri: deinde conversi, inquiunt,
Satius erit nostra hæc odia deponere,
Quàm vulturum sic gratiâ contendere.

ρμη'. Ἀδύνατα ἐπαγγελλόμενος.

Ἀνὴρ πένης νοσῶν καὶ κακῶς διακείμενος, ἐπειδὴ πρὸς τῶν ἰατρῶν ἀπεγνώσθη, τῶν θεῶν ἐδεῖτο, ὡς εἰ τὴν ὑγίειαν αὐτῷ πάλιν ἐπανελθεῖν ποιήσειαν, ἑκατὸν βόας αὐτοῖς προσοίσειν ὑπισχνούμενος εἰς θυσίαν. τῆς δὲ γυναικὸς αὐτοῦ πυθομένης, καὶ ποῦ σοι ταῦτα ἐὰν ὑγιαίνης; ἐκεῖνος ἔφη, οἴει γὰρ ἀναστῆναί με ἐντεῦθεν, ἵν' οἱ θεοὶ ταῦτά με ἀπαιτήσωσιν;

148. *Impoſſibilia promittens.*

PAuper ſupremo mortis in diſcrimine,
Dum febre langueſcit fameque percitus;
Medicique dubiâ de ſalute penduli,
Quaſſo capite vultuque demiſſo, jubent
Sperare Divûm auxilia (triſte omen necis)
Hic voce tremulus ſupplice implorat Deos,
Spondetque grande ſanitatis præmium
Centum boves mactare: id uxor audiens;
Quodnam, inquit, iſtos ſuppetet peculium?
Centum unde promittis boves, cùm nec tibi
Superſit unus? conjugem hic ridens, ait,
Putaſne lecto, ſtulta, me reſurgere,
Ut Dii repoſcant dedicatas victimas?

ρμθ'. Χελώνη καὶ Ἀετὸς.

Χελώνη ἀετοῦ ἐδεῖτο ἵπτασθαι ταύτην διδάξαι. τοῦ δὲ παραινοῦντος πόῤῥω τοῦτο τῆς φύσεως αὐτῆς εἶναι, ἐκείνη μᾶλλον τῇ δεήσει προσέκειτο. λαβὼν οὖν ταύτην τοῖς ὄνυξι, καὶ εἰς ὕψος ἀνενέγκων, εἶτ' ἀφῆκεν. ἡ δὲ κατὰ πετρῶν πεσοῦσα, συνετρίβη.

149. *Teſtudo & Aquila.*

TEſtudo corneâ exerens caput domo,
Aquilam allocuta eſt; cupio per cœli vias
Agilis volare, cupio tractus ætheris
Tranare, & artem hanc, te magiſtrâ, diſcere:
Hanc admonebat Aquila propoſito ut ſuo
Deſiſteret, contenta terreſtri domo;
Nec iret obviam ſibi datis legibus:
Hæc obſtinata magis rogare perſtitit;
Laſſata donec Aquila continuâ prece,
Hanc ungue adunco ſuſtulit per æthera,
Atque inde demittens ſuper ſcopulos, ait,
I nunc volare docta, cæteras doce.

ρν'. Γεωργός.

Γεωργός τις σκάπτων χρυσίῳ περιέτυχε. καθ' ἑκάστην οὖν τὴν γῆν ὡς ὑπ' αὐτῆς εὐεργετηθεὶς ἔστεφε. τῷ δὲ ἡ τύχη ἐπιστᾶσα, φησίν, ὦ οὗτος, τί τῇ γῇ τὰ ἐμὰ δῶρα προσανατίθης, ἅπερ ἐγώ σοι δέδωκα, πλουτίσαι σε βουλομένη; εἰ γὰρ ὁ καιρὸς μεταβάλοι, καὶ πρὸς ἑτέρας χεῖρας τοῦτο σὸν τὸ χρυσίον ἔλθοι, οἶδ' ὅτι τηνικαῦτά με τὴν τύχην μέμψῃ.

150. *Agricola.*

DUm pauper arctos Ruſticus jungit boves,
Curvoque findit terram aratro; protinùs
Fœcunda meſſis exſilit; nam vomere
Diviſa tellus detegit reconditi
Lectiſſimum auri pondus. Hic ſpectaculo
Lætatus inſueto, boves jumentaque
Curare deſinit; novamque aram extruit
Terræ faventi; thureoque munere
Divam coronat, unde opes acceperat.
Fortuna juxtà ſtabat, & graviter ferens
Nullos honores numini ſuo dari;
Cur alteri, inquit, tribuis, ipſa quod dedi?
Noſtroque dives & ſuperbus munere,
Non templa nobis ſacra, non aram dicas?
Sin verſa in alium fata transferant opes;
Tunc voce forſan me invocabis ſupplici;
Seroque, quam nunc ſpernis, agnoſces Deam.

ρνα'. Λέων καὶ Ταῦροι.

Ταῦροι τρεῖς τὴν αὐτὴν διαίτην ἐπεποίηντο. λέων δέ τις αὐτοῖς παρηκολούθει θηρᾶσαι βουλόμενος. καὶ συνόντας μὲν ἑλεῖν οὐκ ἠδύνατο, διαστάντας δὲ προῃρεῖτο χειρώσασθαι. καὶ συγκρούσας, ἀλλήλους ἐν μέρει διαστήσας ἀπέκτεινε, καὶ καθ' ἕκαστον προχειρότερον ἔφθειρεν, οὓς κοινῇ συνόντας ἠπόρει χειρώσασθαι.

151. *Leo & Tauri.*

VEſana quondam cùm fatigaret fames
Leonem, in agro tres juvencos conſpicit;
Certamque ſiccis faucibus prædam putans,
Repente torti fulminis modo evolat:
Senſêre Tauri, vimque viribus parant
Arcere; ſeſeque alter alteri applicant,
Junctiſque tumidas frontibus eludunt minas.
Donec reſedit jam fatigatus Leo,

Falſoque

Falsoque tales ore protulit sonos;
Fortes juvenci, præliorum jam sat est;
Quare ferire si voletis fœdera,
Juro per ungues, juro per dentes meos,
Posthàc ab omni me abstinere injuriâ.
Vix hæc tyrannus dixerat, Tauri fidem
Habent loquenti; sed citò pœnas graves
Rerum imperita ac stulta credulitas luit:
Nam quos Leo unà non valebat lædere,
Facili subegit dissitos victoriâ.

ρνβʹ. Λέων καὶ Μῦς.

Λέοντος κοιμωμένου μῦς τῷ σώματι ἐπέδραμεν. ὁ δὲ ἐξαναστὰς καὶ συλλαβὼν αὐτόν, ἐδέετο αὐτοῦ μὴ θῦσαι αὐτόν, λέγων ὅτι σωθεὶς πολλὰς χάριτας αὐτῷ ἀποδώσει. γελάσας δὲ ἀπέλυσεν αὐτόν· συνέβη δὲ αὐτὸν μετ' οὐ πολὺ τῇ τοῦ μυὸς χάριτι περισωθῆναι. ἐπειδὴ γὰρ συλληφθεὶς ὑπό τινων κυνηγῶν, καμίλῳ ἐδέθη ἐπί τινι δένδρῳ. τηνικαῦτα καὶ ὁ μῦς αὐτοῦ ἀκούσας στένοντος, ἐλθὼν τὸν κάμιλον περιέτρωγε, καὶ λύσας αὐτόν, ἔφη· σὺ δὲ τότε μου κατεγέλασας, ὡς μὴ προσδοκῶν ἀμοιβὴν παρ' ἐμοῦ κομίσασθαι· νῦν δ' εὖ ἴσθι ὅτι ἐστὶ καὶ παρὰ μυσὶ χάρις.

152. *Leo & Mus.*

Sopitum in antro Mus Leonem conspicit,
Vagoque motu terga percurrit feri:
Ille excitatus concutit comas jubæ,
Vastoque hiatu intentat animali necem:
At Mus tremens supplexque dimitti rogat,
Illique sese pollicetur gratiam
Multam referre. Tu Leoni gratiam?
Respondet indignans: tibi ego parcam tamen;
Abi igitur incolumis. Abit lætissimus
Ille, beneficii haud immemor. Sed post dies
Paucos, prehensus in abditis Leo dolis,
Seque expedire non potens, misera edidit
Suspiria, atque implevit omnia questibus:
Mus, murmure audito, Leonem visere
Accedit; & vinclis ligatum conspicans,
Laqueos acuto dente rodit textiles,
Solvitque amicum: deinde sic cœpit loqui;
Nè sperne Muris parvuli posthàc opem:
Quam pollicebar, reddidi tibi gratiam;
Tu vincla mea solvisti; ego solvi tua.

ρνγʹ. Κολοιὸς καὶ Ποιμήν.

Ἀετὸς καταπτὰς ἐπί τινος ὑψηλῆς πέτρας ἄρνα ἥρπασε. κολοιὸς δὲ τοῦτον θεασάμενος, διὰ ζῆλον τοῦτον μιμήσασθαι ἠθέλησε. καὶ δὴ καθεὶς ἑαυτὸν μετὰ πολλοῦ ῥοίζου, ἐπὶ κριὸν ἠνέχθη. ἐμπαρέντων δὲ αὐτοῦ τῶν ὀνύχων τοῖς ἐκείνου μαλλοῖς, ἐξαρθῆναι μὴ δυνάμενος, ἐπτερύσετο ἕως οὗ ὁ ποιμὴν τὸ γεγονὸς αἰσθανόμενος, προσδραμὼν συνέλαβεν αὐτόν. καὶ περικόψας αὐτοῦ τὰ ὀξύπτερα, ὡς ἑσπέρα κατέλαβεν, τοῖς ἑαυτοῦ παισὶν ἐκόμισε. τῶν δὲ πυνθανομένων τί εἴη τὸ ὀρνέον, ἔφη, ὡς μὲν ἐγὼ σαφῶς οἶδα, κολοιός· ὡς δὲ αὐτὸς βούλεται, ἀετός.

153. *Graculus & Pastor.*

Corripit aduncis aquila jejuna unguibus
Agnum, atque in altum deferens interficit:
Illam superbus conspicatur Graculus,
Oviumque simile intentat exitium gregi:
Magno igitur impetu ruens, improvidus
Arietis hæret implicatus vellere:
Unde expedire se haud potens alas movet,
Vanoque nisu solvere aggreditur pedes.
At Pastor id quod factum erat lætus videt,
Captæque volucris grandiores vellicat
Pennas; eamque, jam ingruente vespere,
Domum reportans filiis tradit suis:
Lætantur illi, atque inscii patrem rogant,
Quisnam ales esset? ille subridens, ait,
Graculus apud me est, sed aquila videtur sibi.

ρνδʹ. Μελιττουργός.

Εἰς μελιττουργεῖον τις εἰσελθὼν, τοῦ κεκτημένου ἀπόντος, τὸ κηρίον ἀφείλετο. ὁ δὲ ἐπανελθὼν, ἐπειδὴ τὰς κυψέλας εἶδεν ἐρήμους, εἱστήκει τὸ κατ' αὐτὰς διερευνώμενος. αἱ δὲ μέλισσαι ἀπὸ τῆς νομῆς ἐπανήκουσαι, ὡς κατέλαβον αὐτὸν, τοῖς κέντροις ἔπαιον, καὶ τὰ χείριστα διετίθουν. ὁ δὲ πρὸς αὐτὰς, κάκιστα ζῶα, τὸν μὲν κλέψαντα ὑμῶν τὰ κηρία ἀθῶον ἀφήκατε, ἐμὲ δὲ τὸν ἐπιμελούμενον ὑμῶν πλήττετε;

154. *Apiarius.*

Mellarii hortum vafer ingreditur latro,
Spoliatque plenos melle nectareo favos:
Redux ab agris dominus alveolos videt
Penitùs inanes divite supellectile;
Cratesque dum scrutatur intimos favi,
Damnoque providus remedium excogitat;

Redeunt onusti ab opere mellifici greges,
Novique acervos congere rethymi parant:
Sed conspicantur dum labores irritos,
Favosque succi penitùs orbos mellei;
Iratæ aculeis lacessunt asperis,
Ipsumque multo vulnere extimulant herum:
Vexatus hic ingratitudinis arguit
Apes; & ô vos, inquit, invisum genus!
Furi pepercistis, & amicum læditis.

ρνε΄. Λέων καὶ Ταῦρος.

Λέων ταύρῳ παμμεγέθει ἐπιβουλεύων, ἠβουλήθη αὐτοῦ περιγενέσθαι· καὶ προσκαλεσάμενος αὐτὸν ἔφη· πρόβατον ἔθυσα, ὦ φίλε· καὶ εἰ βούλει, σήμερον συνεστιαθῶμεν ὁμοῦ· βουλόμενος ὁ λέων μετὰ τὸ κατακλιθῆναι τοῦτον καταφαγεῖν. ὁ δὲ ταῦρος ἐλθὼν ἐθεάσατο λέβητας καὶ ὀβελίσκους μεγάλους, πρόβατον δὲ οὐδαμῶς. ταῦτα ἰδὼν μετὰ σπουδῆς ἐξῆλθε. τοῦ δὲ λέοντος αἰτιωμένου αὐτὸν, καὶ τὴν αἰτίαν μαθεῖν θέλοντος, δι' ἣν ἐξέλθοι, ἔφη ὁ ταῦρος, οὐ μάτην ὦ λέων ἐκφεύγω· ὁρῶ γὰρ κατασκευὴν οὐχ ὡς εἰς πρόβατον, ἀλλ' εἰς ταῦρον ἡτοιμασμένην.

155. *Leo & Taurus.*

Laniare fortem Taurum cùm vellet Leo,
Nec ille apertè facinus auderet tamen,
Tandem latentes se convertit ad dolos,
Fictisque verbis blandus hunc aggressus est.
Si tibi benè esse nocte proximâ voles,
Est unde fiat splendidum convivium,
Mactato agnello, quem modo intuli in specum:
Grates agens Taurus, promittit adfore:
Vix se tenebris prima nox intenderat,
Venit conviva Taurus, & stupens videt
Imâ in cavernâ lignorum aggestas strues,
Et doliares ollas assitas foco:
Videt, resistit, mox abit: tum sic Leo;
An ideo, amice, veneras, ut tàm citò
Sic à me abires? sed Taurus, nugas agis,
Iste apparatus, inquit, atque ollæ tuæ
Mentem hanc dedêre: video quid struas, Leo;
Istis in ollis scilicet facilè coqui
Bis ter juvenci possint, non agnus modo:
Cœnato tecum, si potes, cœno domi.

ρνϛʹ. Πίθηκος καὶ Δελφίς.

Ἔθους ὄντος τοῖς πλέουσι Μελιταῖα κυνίδια καὶ πιθήκους ἐπάγεσθαι πρὸς παραμυθίαν τοῦ πλοῦ, πλέων τις εἶχε σὺν ἑαυτῷ καὶ πίθηκον. γενομένων δ' αὐτῶν κατὰ τὸ Σούνιον τὸ τῆς Ἀττικῆς ἀκρωτήριον, χειμῶνα σφοδρὸν συνέβη γενέσθαι. τῆς δὲ νεὼς περιτραπείσης, καὶ πάντων διακολυμβώντων, ἐνήχετο καὶ ὁ πίθηκος. δελφὶς δέ τις αὐτὸν θεασάμενος, καὶ ἄνθρωπον εἶναι ὑπολαβὼν, ἀπελθὼν ἀνεῖχε διακομίζων ἐπὶ τὴν χέρσον. ὡς δὲ κατὰ τὸν Πειραιᾶ ἐγένετο τὸ τῶν Ἀθηναίων ἐπίνειον, ἐπυνθάνετο τοῦ πιθήκου, εἰ τὸ γένος ἐστὶν Ἀθηναῖος; τοῦ δὲ εἰπόντος, καὶ λαμπρῶν ἐνταῦθα τετυχέναι γονέων, ἐπανήρετο, εἰ καὶ τὸν Πειραιᾶ ἐπίσταται; ὑπολαβὼν δὲ ὁ πίθηκος περὶ ἀνθρώπου αὐτὸν λέγειν, ἔφη, καὶ μάλα φίλον εἶναι αὐτῷ καὶ συνήθη. καὶ ὁ δελφὶς ἐπὶ τοσούτῳ ψεύδει ἀγανακτήσας, βαπτίζων αὐτὸν ἀπέκτεινεν.

156. *Simius & Delphus.*

Mos navigantûm est, prisco ab usque tempore,
Ut navigationis in solatium
Secum catellos, Simiosve deferant:
Quidam igitur oram fortè præter Atticam
Cum morione navigabat Simio:
Ecce autem atroci concitata turbine
Maris procella, Sunium circa, Atticæ
Insigne promontorium, evertit ratem:
Ibi inter alios naufragos & Simio
Natante quidam Delphus accurrens, eum
Hominem ratus manu ex propinquo præbitâ
Undis levatum, an civis esset Atticus,
Rogavit? ille se esse verò, & nobili
Sanè, atque claro genere dixit editum:
Cùm deinde & in Piræum unà issent simul,
Notissimum navale Atheniensium,
Ibi sciscitatus Delphus est ab Simio,
Nossetne Piræum? arbitratus Simius
Eum rogare de homine claro quopiam,
Et nôsse dixit, & sodalem esse hunc suum:
Quam ob vanitatem Delphus irâ percitus,
Tum denique illam bestiam agnoscens, truci
Salo hauriendum fluctibusque reddidit.

ρνζʹ. Ὄνος

ρνζʹ. Ὄνος καὶ Λεοντῆ.

Ὄνος δορὰν λέοντος ἐπενδυθεὶς, λέων ὀνομάζετο πᾶσι· καὶ φυγὴ μὲν τῶν ἀνθρώπων, φυγὴ δὲ ποιμνίων. ὡς δ᾽ ἀνέμου πνεύσαντος τὴν δορὰν ἀφηρέθη, καὶ γυμνὸς γέγονε τῆς ἐκ τῆς ταύτης σκέπης· τότε πάντες ἔπαιον ῥοπάλοις τε καὶ ξύλοις.

157. *Asinus & Leonina pellis.*

EXuvias Asinus defuncti fortè Leonis
 Repperit, & spoliis induit ora novis,
Aptavitque suis incongrua tegmina membris,
 Et miserum tanto pressit honore caput.
Mitibus ille feris communia pabula calcans,
 Turbabat pavidas per sua rura boves.
Rusticus hunc magnâ post quam deprehendit ab aure,
 Correptum vinclis verberibusque domat;
Et simul abstracto denudans corpora tergo,
 Increpat his miserum vocibus ille pecus:
Forsitan ignotos mutato tegmine fallas,
 At mihi qui quondam, semper Asellus eris.

ρνηʹ. Λέαινα καὶ Ἀλώπηξ.

Λέαινα ὀνειδιζομένη ὑπὸ ἀλώπεκος, ἐπὶ τὸ διὰ παντὸς ἕνα τίκτειν· ἔφη, ἕνα ἀλλὰ λέοντα.

158. *Leæna & Vulpes.*

OLim ad Leænam Vulpes sic cœpit loqui:
 Me larga proles annis singulis beat,
Crescitque crebris partubus fælix domus:
At tu, Leonis quæ marita diceris,
Multos per annos unum aut alterum paris.
Refert Leæna; verè istuc, Vulpecula,
Multos per annos pario nempe filium
Unum, sed unus iste dicitur Leo.

גן עדונים

א תרנגול ומרגלית

אחודה נא לכם חידה דעו כי תרנגול אחד הלך באשפה לבקש אוכל לנפשו ובהיותו מחפש ברגליו מצא מרגלית יפה ומאירה בראותו אותה מזהירה נרתע ושב לאחריו ותמה ואמר לה את האבן יקרה איך עמדת בזה המקום הנבזה הכעור והנה זוהרך גדול ואת מושלכת במקום מטונף ושום תועלת אינך נותנת לי ושום כבוד איני יכול לעשות לך ואם היית ביד מי שיכירך היה מסיר ממך לכלוך האשפה ונותן אותך במקום נכבד כראוי לך שזה הרומן מכסה יופייך וזוהרך את אינך ראויה לי ולא אני ראוי לך את אינך מועלת לי ואין אני מועיל לך ויותר אני חפץ בדבר אחר ואם יהיה פחות הערך ממך ומחפצי בך:

159. Margarita in ſterquilinio.

IN ſterquilinio pullus gallinaceus
Dum quærit eſcam, Margaritam repperit:
Jaces indigno quanta res (inquit) loco?
O ſi quis pretii cupidus vidiſſet tui!
Olim rediſſes ad ſplendorem maximum:
Ego qui te inveni, potior cui multò eſt cibus,
Nec tibi prodeſſe, nec mihi quicquam potes.
Hoc illis narro, qui me non intelligunt.

ב כלבא עם כלבא יולדת

אחודה נא לכם הירה מכלבא שנתאכסנא בבית כלבא אחרת ובבוא עת לידתה ובאו עליה חבלי יולדה באה בבית הכלבא להתאכסן אצלה וללדת בביתה ובלשון רכה ובדברי תחנונים בקשה ממנה מקום שתוכל ללדת שם· הכלבא בעלת הבית נכמרו רחמיה עליה וקבלה ההרה בסבר פנים יפות בביתה עוד בעלת הבית היתה מבקשת טרף להרה שלא היתה יכולה ללכת. אנה ואנה והיא היתה עומדת במנוחה· ויהי בעת לדתה והנה תאומים בבטנה ויגדלו הנערים ויהי היום באה בעלת הבית והדלת סגרו ותאמר לה פתחי לי אחותי רעיתי יונתי תמתי שראשי נמלא טל· ואין קול ואין עונה התחילה בעלת הבית לפייסה בדברי פיוסים וריצוי ולא שוה לה ובראותה זה בערה כאש חמתה והתחיל להתרעם ולא שוה לה שהנכריה לא היתה נותנת לב לדבריה שהיתה בוטחת על כחה ועל כח בניה העלובה בעלת הבית הניחה ביתה וכל אשר לה והלכה לדרכה וכן ראוי כאמרם לרשע תן לו משלך והניחהו לילך:

160. *Canis parturiens.*

Habent insidias hominis blanditiæ mali,
Quas ut vitemus, versus subjecti monent.
Canis parturiens, quum rogasset alteram,
Ut fœtum in ejus tugurio deponeret,
Facilè impetravit; dein reposcenti locum,
Preces admovit: tempus exorans breve,
Dum firmiores catulos posset ducere:
Hoc quoque consumto, flagitare validiùs
Cubile cœpit: Si mihi & turbæ meæ
Par (inquit) esse potueris, cedam loco.

נ׳ אריה חזיר יערי ושור וחמור

אחודה נא לכם חידה מהאריה וחזיר יערי ושור וחמור הארי בבחרותו ובעת תקפו וגבורתו היה מזיק לחזיר ולאנשיו לשור ולבני משפחתו לחמור ולכל קרוביו בעת זקנתו תשש כחו בא אליו השור והיה מנגחו החזיר נושכו החמור נותן לו בפרסותיו וכולם הכוהו פצעוהו ולקחו נקמתם ממנו והארי היה נוהם וכואב על כל צרותיו:

161. *Leo senio confectus.*

Quicunque amisit dignitatem pristinam
Ignavis etiam jocus est in casu gravi.
Defectus annis & desertus viribus
Leo quum jaceret spiritum extremum trahens,
Aper fulmineis ad eum venit dentibus,
Et vindicavit ictu veterem injuriam;
Infestis taurus mox confodit cornibus
Hostile corpus: Asinus ut vidit ferum
Impunè lædi, calcibus frontem exterit:
At ille expirans: Fortes indignè tuli
Mihi insultare; te naturæ dedecus
Quòd ferre cogor, certè bis videor mori.

ר׳ חמור וחזיר יערי

אחודה נא לכם חידה מחמור וחזיר יערי החמור פגע החזיר ובפנים שמחים ובשחוק גדול התחיל לדבר עמו ואמר לו שלום עליך אחי והתחיל להתקרב ויבז החזיר בעיניו דברי החמור ויניע ראשו ויחרוק שניו וילטוש עיניו וכמעט לנשכו התחיל החזיר לדבר ואמר האמרת ששני הנכברים מבזים בשרך הבחורת והגרוע ולזה אתה עומד בשוח ושליו:

162. *Asi-*

162. *Asinus irridens Aprum.*

PLerumque stulti risum dum captant levem,
Gravi distringunt alios contumelià,
Et sibi nocivum concitant periculum.
Asellus Apro cum fuisset obvius:
Salve, inquit, Frater. Ille indignans repudiat
Officium, & quærit, cur sic mentiri velit:
Et mox cum vellet facere generosum impetum,
Repressit iram: & facilis vindicta est mihi,
Sed inquinari nolo ignavo sanguine.

ה נשר וקפוד

אחודה נא לכם חידה מהנשר והקפוד הנקרא טרטוגא בלעז הנשר בהיותו רעב הלך ולקח קפוד אחד גדול והביאו לאויר והיה מוליך ומביא מעלה ומוריד ולא היה יכול לאכלה מפני קושי מזונה פגעה בו קורנא אחרת אמר לו אדוני המלך לך לך אל אחד ההרים או סלעים ובהיותך למעלה תשליכנה על הסלע ותשבר ואחר תאכלנה וכן עשה:

163. *Aquila, Cornix & Testudo.*

COntra potentes nemo est munitus satis:
Si verò accessit consiliator maleficus,
Vis & nequitia quidquid oppugnant, ruit.
Aquila in sublime sustulit Testudinem;
Quæ quum abdidisset corneâ corpus domo,
Nec ullo pacto lædi posset condita,
Venit per auras Cornix, & propter volans;
Opimam sanè prædam rapuisti unguibus,
Sed nisi monstrâro quid sit faciendum tibi,
Gravi nequicquam te lassabis pondere:
Promissâ parte, suadet ut scopulum super
Altis ab astris duram inlidat corticem,
Quâ comminutâ facilè vescatur cibo:
Inducta verbis Aquila, monitis paruit,
Simul & magistræ largè divisit dapem.
Sic tuta quæ naturæ fuerat munere;
Impar duabus occidit tristi nece.

ו נישואי השמש

אחודה נא לכם חידה במדינה אחת היתה
אלמנה לימים בא לשם בחור אחד יפה תואר וידבר
על לבה שתהיה לו לאשה ותאבה האשה וקיימו
חענין ויאספו כל אנשי המקום ויעשו משתה ושמחה
והיה במדינה ההיא איש זקן ונשוא פנים וישמע את
קול העם ברעו וישאל להם למה קול הקריה הומה
אמרו לו פלונית נשארת לבחור אחד שבא פה אמר
להם מה טיבו הוא יפה תואר ובריא אבל הוא גנב
אמר הזקן דעו כי השמש ראה לינשא והארץ בקשה
מהשם יתברך שלא יתן לו רשות כי הוא לבדו מחמם
ומיבש ומחריב הארץ ומבקיעה כל שכן אם יהיו לא
בנים ובנות:

164. *Ranæ ad Solem.*

Vicini furis celebres vidit nuptias
Æsopus, & continuò narrare incipit.
Uxorem quondam Sol quum vellet ducere,
Clamorem Ranæ sustulêre ad sidera:
Convicio permotus quærit Jupiter
Causam querelæ: quædam tum stagni incola;
Nunc, inquit, omnes unus exurit lacus,
Cogitque miseras aridâ sede emori:
Quidnam futurum est, si crearit liberos?

ז שועל ונשר

אחודה נא לכם חידה מהנשר והשועל הנשר
לקח השועלים הקטנים מאמם והביאם לאילן אחד באה
האם לבקש מהנשר בניה ולא רצה לשמעה· הלכה
האם לקושש עצים וקוצים והביאה אור של אש ובערה
האש בעצים ובקוצים עד שהנשר השיב הבנים לשועל:

165. *Vul-*

165. *Vulpes & Aquila.*

QUamvis sublimes debent humiles metuere:
Vindicta docili quia patet solertiæ.
Vulpinos catulos Aquila quondam sustulit;
Nidoque posuit pullis, escam ut carperent:
Hanc persecuta mater, orare incipit,
Ne tantùm miseræ luctum importaret sibi:
Contempsit illa, tuta quippe ipso loco:
Vulpes ab arâ rapuit ardentem facem,
Totamque flammis arborem circumdedit,
Hosti dolorem damno miscens sanguinis:
Aquila ut periculo mortis eriperet suos,
Incolumes natos supplex Vulpi tradidit.

ח כבשה וכלב

אחודה נא לכם חידה הכלב תבע לרחלה
לפני הדין ואמר הריני הלויתי לחם לרחלה השיבה
הרחלה אינו אמת אמר הכלב יש לי עליך עדים אמר
הדין הביאם והביא הכלב חביריו הגנבים והם הפרס
והעזניה לפני הזאב והעידו והרשיעו הרחלה: הזאב
פסק הדין שתשיב הלחם לכלב הכבשה העלובה
לא ידעה מה לעשות גזזה צמרה ומכרה הצמר וקנתה
הלחם והשיבה לכלב וסבלה גזזה קור הסתיו בערום
ובחוסר כל ואין כסות בקרה:

---

166. *Ovis, Canis & Lupus.*

SOlent mendaces luere pœnas malefici.
Calumniator ab Ove quum peteret Canis
Quem commodâsse panem se contenderet;
Lupus citatus testis, non unum modò,
Deberi dixit, verùm affirmavit decem:
Ovis damnata falso testimonio,
Quod non debebat, solvit. Post paucos dies
Ovis jacentem in fovea conspexit Lupum:
Hæc (inquit) merces fraudis à superis datur.

ט אריה וזאב

אחודה נא לכם חידה מהאריה והזאב האריה הוא מלך החיות והיה לו ללכת בדרך רחוקה לשלם נדרו וקבץ החיות כלם ואמר יש לי ללכת מהלך ארוך ואני רוצה להניח במקומי להנהיגכם ושהם יבחרו אחד אשר ייטב בעיניהם נתיעצו כלם ובחרו את הזאב בתנאי שיעשה משפט ולא יטרוף שום בעל חי ולא ימיתנו כי אם ברין ויושר בא הזאב לפני הארי ונשבע להיותו מנהיג ושיעשה דין צדק וישר ונסע הארי והלך לדרכו עמד הזאב למלאת מקום הארי והיה הולך במקום אחד היום ובמקום אחר מחר להנהיג הבעלי חיים ולא היה מוצא אוכל לנפשו ועמד שם שמנה ימים ער שחלה והיה הולך ברוח נכארה ושפלה פגע בו הצבי אמר לו ארוני מה לך נרדם השיבו מרוב הטורח המוטל עלי מזאת ההנהגה חליתי בחסרך ראה ריח פי בא הצבי להריח ואמר ארוני ריח רע יוצא מפיך והזאב העיד בו שרבר רע במלך שהיה במקומו והרגו ברין ואכלו ועמד בכח האכילה ההיא שמנה ימים אחרים ושב לו חולה מהרעב פגע בו הכבש ואמר לו מה לך ארוני מרוע פניך זועפים אמר חליתי מרוב הטורח בחסרך הריח פי פחד הכבש ממה שעשה לצבי ואמר אז וכריח פיך כריח שדה אשר ברכו השם אמר הזאב שקר דברת שאינו אמת והביא עדים שרבר שקר לפני המלך והאומר שקר לפני המלך חייב מיתה והמיתו ואכלו והלך בכח האכילה ההיא שמנה ימים אחרים ושב לחליו כבראשונה בא לפניו השועל ואמר לו

לו מה לך אדוני והשיבו כפעם ואמר הזאב בוא
והריח ריח פי אמר השועל גם אני חלית מחוש הריח
שאבד ממני בסבת הקיר בין כך ובין כך הלך לו:

167. *Lupus & Vulpes.*

FActurus iter ut vota gratus solveret,
Plebem ferarum in atria coëgit, Leo;
Et jussit aliquam eligere sapientem feram,
Quæ bestias, se absente, reliquas temperet:
Jussa exequuntur subditi, eligitur Lupus;
Hâc lege, ut æquâ gereret imperium manu;
Injuriosæ neminem morti daret,
Nec innocentem raperet arbitrio suo.
Fidem dat igitur Lupus, & ubi cessit leo,
Solio potitur hilaris, & præstat vices:
Et jam per arva aperta, per juga montium
Spatiatur hinc inde, & pecora sceptro regit;
Nullum sed avidus venter accepit cibum:
Quater ille biduum vacuus, & miserâ fame
Confectus errat; Dama cui tandem obvia,
Quid quæris, inquit, magne Rex, aut quo cares?
Cui deinde Lupus, ô Dama, nimium me imperî
Lassavit onus, animumque penitùs abstulit;
Miserere, bona; paulisper hùc nasum admove,
Et dic quis halitus ore de nostro exeat:
Olfecit illa, & grave quid exhalas, ait:
Continuò Damam ad judices cogit Lupus,
Reamque dicti accusat in regem mali;
Perimitque damnatam & vorat: Deinde alteros
Octo removit corpore esuriem dies;
Tandem esurire ut cœpit; obvia huic ovis;
O Rex, quis æger adeo te affligit dolor?
Labore lassor, inquit, & pariter petit
Captaret oris halitum: captat bidens,
Sed trepida, Damæ & nuperæ cladis memor;
O suavis odor, & floribus, ait, gratior,
Viridique prato! pariter hanc rapit in forum
Falsè loquentem, damnat, & comedit Lupus.
Quater inde biduum rursus hic avidam cibus
Satiavit alvum; rursus & rediit fames:
Cùm fortè Vulpes obvia fit: illi Lupus
Eadem roganti, queritur eadem quæ priùs;
Deque halitu iterum interrogat. Cui subdola
Vulpecula, Tibi siquid acciderit mali,
O Rex, profectò doleo: sed mihi narium
Abripuit usum morbus, olfacere haud queo.

י העז והעגל והאריה והכבש

אחודה נא לכם חידה· העז והעגל והאריה
והכבש עשו כלם יחד שותפות וחבורה בהסכמה ורצון
טוב כל מה שירויחו כלם יחדיו יחלוקו· אחר כן מצאו
צבי ולקחו אותו והרגוהו ופשטו עורו וחלקוהו לארבעה
חלקים אחר כך קם הארי ואמר אני רוצה רביע אחד
שאני יותר הגון כי אני מלך בחיות ואני רוצה הרביע
השני שאני יותר חזק מכם ואני רוצה הרביע השלישי
לפי שטרחתי יותר מכלכם והרביעי הרביעי אני רוצה
להלק גופי ומי שאמר ההפך יכעיסני ויקניטני וזה הארי
שהוא יותר חזק לקח מהאנשיכם בחוזקה חלקם הראוי
להם :

168. *Vacca, Capella, Ovis & Leo.*

Nunquam est fidelis cum potente societas.
Testatur hæc fabella propositum meum.
Vacca & Capella, & patiens Ovis injuriæ,
Socii fuêre cum Leone in saltibus.
Hi quum cepissent Cervum vasti corporis,
Sic est locutus, partibus factis, Leo:
Ego primam tollo, nominor quia Leo:
Secundam, quia sum fortis, tribuetis mihi:
Tum quia plus valeo, me sequetur tertia:
Malo adficietur si quis quartam tetigerit.
Sic totam prædam sola improbitas abstulit.

امثال

امثال لقمان الحكيم

غزال

غزال مرة مرض فكان اصحابه من
الوحوش ياتي اليه ويودعه ويرعي ما حوله
من الحشيش والعشب فلما فاق من
مرضه التمس شيا لياكله فلم يجد
فهلك جوعا

169. *Cervus.*

CErvus jacebat morbo decumbens gravi;
Extemplò ad illum totius viciniæ
Cohors fidelis, quadrupedes pium genus,
Venêre, dictis si dolorem averterent;
Et cuncta Cervi consumpsere gramina:
Sed ipse paucos cùm cœpisset post dies,
Revocare notas fessi vires corporis,
Circaque nudum latè conspiceret solum;
Verbis dolorem sic testatus est suum:
Valete, amici, vestrum officium nil moror;
Solatiorum abundè est, pabuli nihil.

٣٢ كلب وارنب ؞

كلب مرة طرد ارنبا فلما ادركه قبض
عليه واقبل يعضه بانيابه فاذا الدم قد جري
لحسه بلسانه فقال الارنب اراك تعضني
كاني عدوك ثم تبوسني كانك
صديقي ؞

170. *Canis & Lepus.*

LEporem per agros insecutus est Canis,
Captumque mordens, profluentem è vulnere
Lambit cruorem; basiisque mollibus
Demulcet hostem: tum Lepus cœpit loqui;
Unde hæc amica nascitur crudelitas?
Asperrimis nunc me lacessis morsibus,
Quasi hostis essem; deinde jungis oscula,
Mihi tanquam amicos inter apprimus fores:
Aut mihi nocere, aut me osculari desinas.

---

٣٣ بستاني ؞

بستاني يوما كان ينقي البقل فقيل له
لماذا البقل البري بهي المنظر وهو غير مخدوم
قال البستاني تربيه امه وهذا تربيه
امراة ابيه ؞

171. *Hor-*

171. *Hortulanus.*

PUrgabat herbas olim custos hortuli,
Inutiles recidens sarculo levi:
Quidam rogavit, cur sylvestres crescerent,
Et lætiores sic attollerent comas;
Neque adeo cultum vel levem requirerent?
Respondet ille; nempe quòd sylvestribus
Est terra mater; his noverca, haud mater est.

عم خنفسة ونحلة

خنفسة مرة قالت لنحلة العسل لو اخذتني
معك لعملت عسلا مثلك واكثر فاجابتها النحلة
الي ذلك فلما لم يقدر علي مثل ذلك ضربتها
النحلة بحمالها فيما هي تموت قالت في نفسها
لقد استوجبت ما نالني من السوا ولا يمكن لي
عمل الزفت لماذا التمس عمل العسل

---

172. *Aranea & Apes.*

THymis onustam crura conspiciens Apem
Aranea, hanc ita allocuta est; si mihi
Copia daretur, ut favos videam tuos;
Mel ipsa facerem, quale conficiunt Apes,
Cratesque succo plure turgerent meæ:
Apes id audiens, Araneam domum
Ducebat, & monstravit artifices favos,
Ipsique similes æmulandi copiam
Præbuit: at illam nil valentem ejusmodi
Conficere, aculeo statim irritabili
Percussit indignans, necique tradidit:
Moribunda tandem Aranea, inquit; cur ego
Mel facere volui, facere nec ceram valens?

٥ صبي "

صبي مرة رمي نفسه في نهر ما ولم يكن
يعرف بسبح فاشرف علي الغرق فاستعان برجل
عابر في الطريق فاقبل اليه وجعل يلومه
علي نزوله الي النهر فقال له الصبي
يا هذا خلصني اولا من الموت وبعد ذلك
لومني "

173. *Puer.*

SEse profundum misit in fluvium Puer,
Nandi imperitus; cumque aquæ voragine
Jamjam hauriendus esset, annisque in alveo
Mergendus; hominis transeuntis opem petit:
Hic cœpit importuna Puero dicere
Convicia; & rogare cur se crederet
Undis, natandi ignarus? ad quem sic Puer;
Priùs eripe hinc me obsecro; dein coargue.

---

٤ كلاب وثعلب "

كلاب مرة اصادوا جلد سبع فا قبلوا عليه
فينهشوه فنظرهم الثعلب فقال لهم اما لو انه كان
حيا ارايتم مخالبه كاحد من انيابكم
واطول "

174. *Ca-*

174. *Canes & Vulpes.*

PEllem leonis conſpicantur dum Canes,
Hanc dente rodunt, pabulo læti ſuo:
Mox vaſra tranſiens viam hanc Vulpecula;
Impunè nunc ſævitis in pellem feri;
At ſi ipſe vivus jam foret; qualis tremor
Repentè corda invaderet? leo ſcilicet
Monſtraret ungues, dentibus veſtris pares.

---

٧ انسان وفرس ؛؛

انسان كان يركب فرسا وكانت حاملة
وفيما هو في بعض الطريق انتجت ابنا فتبع
امه غير بعيد ثم وقف وقال لصاحبه يا سيدي
تراني صغيرا ولا استطيع المشي ومضيت وتركتني
هاهنا فهلكت وان انت اخذتني معك وربيتني
الي ان اقوي فحملتك علي ظهري واوصلتك
سريعا الي حيث تشا ؛؛

175. *Homo & Hinnulus.*

DEſerta tranſit dum viator per loca,
Gravida hinnientem parturit equa filium;
Qui matris haud longè ſequens veſtigia,
Laſſus reſiſtit, atque ita alloquitur virum;
Cernis miſellum, domine, cernis parvulum,
Et non valentem progredi ulteriùs viam:
Si me relinquas, his peribo in montibus,
Nullumque moriens afferam tibi commodum:
Sin me educabis in virenti paſcuo,
Robuſtus olim atque utilis fiam tibi;
Tunc, matris inſtar, te feram in dorſo lubens,
Opiſque præſtitæ rependam gratias.

٨ العوسج ٨

العوسج قال مرة للبستاني لو ان لي من
يهتم بي وينصبني في وسط البستان ويسقيني
ويخدمني لكانوا الملوك يشتهونني وينظرون
زهري وثمري فاخذه ونصبه في وسط البستان في
اجود الارض وكان يسقيه في كل يوم دفعتين
فغشي وقوي شوكه وافرعته واغصانه علي جميع
الشجر التي حوله فاملت عروقه في الارض وامتلا
البستان منه ومن كثرة شوكه ولم يكن احد ان
يستطيع ان يتقدم اليه

176. *Rubus.*

OLim hortulanum ita allocutus est Rubus,
O si me in horti fertili quisquam loco
Plantaret; undæque irrigaret me aspergine;
Coleretque, cæteras uti arbores colit!
Quàm suavè olentes explicarem flosculos!
Quàm delicatos annuatim redderem
Fructus, vel ipsis expetendos regibus!
Hunc hortulanus cepit, & pingui in solo
Locavit, assiduè colens: mox asperæ
Spinæ rigebant; & supra altas arbores
Caput efferebat rhamnus; & spatia omnia
Implevit horti: hinc arbores sibi proximas
Detrusit, unusque imperavit omnibus;
Regnumque partum fraude, tenuit viribus.

Se-

Sequuntur FABULÆ, quas in *Latinis* Editionibus reperimus, nondum in *Græcis*.

177. *Mons parturiens.*

MOns parturibat, gemitus immanes ciens,
Eratque in terris maxima expectatio:
At ille murem peperit. *Hoc ſcriptum eſt tibi*
Qui magna quum minaris, extricas nihil.

178. *Lupus & Vulpes judice Simio.*

QUicunque turpi fraude ſemel innotuit,
Etiam ſi verum dicit, amittit fidem.
Hoc adteſtatur brevis Æſopi fabula.
Lupus arguebat Vulpem furti crimine;
Negabat illa ſe eſſe culpæ proximam:
Tunc judex inter illos ſedit Simius.
Uterque cauſam cùm peroráſſent ſuam,
Dixiſſe fertur Simius ſententiam:
Tu non videris perdidiſſe quod petis:
Te credo ſubripuiſſe quod pulchrè negas.

179. *Milvius & Columbæ.*

QUi ſe committit homini tutandum improbo,
Auxilia dum requirit, exitium invenit.
Columbæ ſæpè quum fugiſſent Milvium,
Et celeritate pennæ vitaſſent necem;
Conſilium raptor vertit ad fallaciam:
Et genus inerme tali decepit dolo:
Quare ſollicitum potiùs ævum ducitis,
Quàm regem me creatis icto fœdere,
Qui vos ab omni tutas præſtem injuriâ?
Illæ credentes, tradunt ſeſe Milvio
Qui regnum adeptus cœpit veſci ſingulas,
Et exercere imperium ſævis unguibus.
De reliquis tunc una: Meritò plectimur.

180. *Ca-*

180. *Capellæ & Hirci.*

BArbam Capellæ quum impetrassent ab Jove,
Hirci mœrentes indignari cœperant,
Quod dignitatem feminæ æquassent suam.
Sinite, inquit, illas gloriâ vana frui,
Et usurpare vestri ornatum muneris:
Pares dum non sint vestræ fortitudinis.
Hoc argumentum monet ut sustineas tibi
Habitu esse similes, qui sint virtute impares.

181. *Asinus egregie cordatus.*

IN principatu commutando, sæpius
Nil præter domini nomen mutant pauperes.
Id esse verum parva hæc fabella indicat.
Asellum in prato timidus pascebat senex;
Is hostium clamore subito territus,
Suadebat Asino fugere, ne possent capi.
At ille lentus: Quæso num binas mihi
Clitellas impositurum victorem putas?
Senex negavit: Ergo, quid refert meâ
Cui serviam, clitellas dum portem meas?

182. *Ovis & Cervus.*

FRaudator nomen quum locat sponsu improbo,
Non rem expedire, sed mala videre expetit.
Ovem rogabat Cervus modium tritici
Lupo sponsore, at illa præmetuens dolum;
Rapere atque abire semper adsuevit Lupus:
Tu de conspectu fugere veloci impetu:
Ubi vos requiram quum dies advenerit?

183. *Simii caput.*

PEndere ad Lanium quidam vidit Simium
Inter reliquas merces atque opsonia.
Quæsivit quidnam saperet? tum Lanius jocans;
Quale (inquit) caput est, talis præstatur sapor.
Ridicule magis hoc dictum quàm verè æstimo,
Quando & formosos sæpè inveni pessimos,
Et turpi facie multos cognovi optimos.

184. Ca-

184. *Canis fidelis.*

R*Epente liberalis stultis gratus est,*
Verùm peritis irritos tendit dolos.
Nocturnus quum fur panem misisset Cani,
Objecto tentans an cibo posset capi:
Heus (inquit) linguam vis meam præcludere,
Ne latrem pro re domini? multùm falleris.
Namque ista subita me jubet benignitas
Vigilare, facias ne meâ culpâ lucrum.

185. *Rana rupta.*

I*Nops potentem dum vult imitari, perit.*
In prato quodam Rana conspexit Bovem,
Et tacta invidiâ tantæ magnitudinis,
Rugosam inflavit pellem: tum natos suos
Interrogavit, an Bove esset latior?
Illi negârunt. Rursus intendit cutem
Majore nisu, & simili quæsivit modo,
Quis major esset? illi dixêrunt; Bovem.
Novissimè indignata, dum vult validiùs
Inflare sese, rupto jacuit corpore.

186. *Canis & Crocodilus.*

C*Onsilia qui dant prava cautis hominibus,*
Et perdunt operam, & deridentur turpiter.
Canes currentes bibere in Nilo flumine,
A Crocodilis ne rapiantur, traditum est.
Igitur quum currens bibere cœpisset Canis,
Sic Crocodilus: Quamlibet lambe otio,
Noli vereri; at ille; Facerem mehercule,
Nisi esse scirem carnis te cupidum meæ.

187. *Anus ad Amphoram.*

ANus jacere vidit epotam Amphoram,
Adhuc Falernâ fæce & testâ nobili,
Odorem quæ jucundum latè spargeret.
Hunc postquam totis avida traxit naribus:
O suavis anima! qualem te dicam bonam
Antehac fuisse, tales cùm sint reliquiæ?
Hoc quò pertineat dicet qui me noverit.

188. *Aquila, Felis & Aper.*

AQuila in ſublimi quercu nidum fecerat:
Felis cavernam nacta, in mediâ pepererat;
Sus nemoris cultrix fœtum ad imam poſuerat:
Tum fortuitum Felis contubernium
Fraude & ſceleſtâ ſic evertit malitiâ.
Ad nidum ſcandit volucris: Pernicies, ait,
Tibi paratur, forſan & miſeræ mihi:
Nam fodere terram quod vides quotidie
Aprum inſidioſum, quercum vult evertere,
Ut noſtram in plano facilè progeniem opprimat.
Terrore effuſo, & perturbatis ſenſibus,
Direpit ad cubile ſetoſæ ſuis;
Magno (inquit) in periculo ſunt nati tui.
Nam ſimul exieris paſtum, cum tenero grege,
Aquila eſt parata rapere porcellos tibi.
Hunc quoque timore poſtquam complevit locum,
Doloſa tuto condidit ſeſe cavo.
Inde evagata noctu ſuſpenſo pede,
Ubi eſcâ ſe replevit & prolem ſuam,
Pavorem ſimulans proſpicit toto die.
Ruinam metuens Aquila ramis deſidet;
Aper rapinam vitans non prodit foras.
Quid multa? inediâ ſunt conſumti cum ſuis,
Feliſque catulis largam præbuêrunt dapem.
Quantùm homo bilinguis ſæpè concinnet mali,
Documentum habere ſtulta credulitas poteſt.

189. *Canis, Theſaurus & Vulturus.*

H*Æc res avaris eſſe conveniens poteſt,*
Et qui humiles nati, dici locupletes ſtudent.
Humana effodiens oſſa, theſaurum Canis
Invenit: & violavit quia Manes Deos,
Injecta eſt illi divitiarum cupiditas,
Pœnas ut ſanctæ religioni penderet.
Itaque aurum dum cuſtodit, oblitus cibi
Fame eſt conſumptus: quem ſtans Vulturius ſuper
Fertur locutus: O Canis, meritò jaces,
Qui concupiſti ſubitò regales opes,
Trivio conceptus, & educatus ſtercore,

190. *Cer-*

190. *Cervus & Boves.*

CErvus nemorosis excitatus latibulis,
Ut venatorum fugeret instantem necem,
Cæco timore proximam villam petit,
Et opportuno se Bovili condidit.
Hic bos latenti: Quidnam voluisti tibi,
Infelix ultro qui ad necem concurreris,
Hominumque tecto spiritum commiseris?
At ille supplex: Vos modò, inquit, parcite,
Occasione rursus erumpam datâ,
Spatium diei, noctis excipiunt vices;
Frondem bubulcus adfert, nec ideo videt.
Eunt subinde & redeunt omnes rustici,
Nemo animadvertit: transit etiam villicus;
Nec ille quicquam sentit: tum gaudens ferus
Bobus quietis agere cœpit gratias,
Hospitium adverso quòd præstiterint tempore.
Respondit unus: Salvum te cupimus quidem,
Sed ille qui oculos centum habet, si venerit,
Magno in periculo vita versatur tua.
Hæc inter, ipse dominus à cœna redit:
Et quia corruptos viderat nuper Boves,
Accedit ad præsepe: Cur frondis parum est?
Stramenta desunt. Tollere hæc aranea
Quantum est laboris? Dum scrutatur singula,
Cervi quoque alta est conspicatus cornua.
Quem convocatâ jubet occidi familiâ,
Prædamque tollit. *Hæc significat fabula,*
Dominum videre plurimùm in rebus suis.

191. *Ranæ metuentes Taurorum prælia.*

H*Umiles laborant, ubi potentes dissident.*
Rana in palude pugnam Taurorum intuens;
Heu quanta nobis instat pernicies! ait.
Interrogata ab alia, cur hoc diceret,
De principatu quum illi certarent gregis,
Longeque ab illis degerent vitam boves:
Natio (ait) separata, ac diversum est genus;
Sed pulsus regno nemoris qui profugerit,
Paludis in secreta veniet latibula,
Et proculcatas obteret duro pede:
Caput ita ad nostrum furor illorum pertinet.

192. *Leo*

192. *Leo ſapiens.*

SUper Juvencum ſtabat dejectum Leo:
Prædator intervenit partem poſtulans:
Darem (inquit) niſi ſoleres per te ſumere:
Et improbum ejecit. Fortè innoxius
Viator eſt deductus in eundem locum,
Feroque viſo rettulit retrò pedem.
Cui placidus ille: Non eſt quod timeas, ait:
Et quæ debetur pars tuæ modeſtiæ
Audacter tolle. Tunc diviſo tergore,
Sylvas petivit, homini ut acceſſum daret.
Exemplum egregium prorſus & laudabile,
Verum eſt aviditas dives, & pauper pudor.

193. *Muſca & Mula.*

MUſca in temone ſedit, & Mulam increpans,
Quàm tarda es, inquit: non vis citiùs progredi?
Vide, ne dolone collum compungam tibi.
Reſpondit illa: Verbis non moveor tuis,
Sed iſtum timeo, ſellâ qui primâ ſedens
Jugum flagello temperat lento meum,
Et lora frænis continet ſpumantibus.
Quapropter aufer frivolam inſolentiam:
Namque ubi tricandum eſt, & ubi currendum, ſcio.
Hàc derideri fabulâ meritò poteſt,
Qui ſine virtute vanas exercet minas.

194. *Muli & Latrones.*

MUli gravati ſarcinis ibant duo,
Unus ferebat fiſcos cum pecunia,
Alter tumentes multo ſaccos hordeo.
Ille onere dives celsâ cervice eminens,
Clarumque collo jactans tintinnabulum:
Comes quieto ſequitur & placido gradu.
Subito Latrones ex inſidiis advolant,
Interque cædem ferro Mulum truſitant.
Diripiunt nummos, negligunt vile hordeum.
Spoliatus igitur caſus quum fieret ſuos,
Equidem (inquit alter) me contemptum gaudeo,
Nam nil amiſi, nec ſum læſus vulnere.
Hoc argumento tuta eſt hominum tenuitas,
Magno periclo ſunt opes obnoxiæ.

195. *Vul-*

195. *Vulpes & Ciconia.*

NUlli nocendum: si quis verò læserit,
Multandum simili jure fabella admonet.
Vulpes ad cœnam dicitur Ciconiam
Prior invitâsse, & illi in patina liquidam
Posuisse sorbitionem, quam nullo modo
Gustare esuriens potuerit Ciconia:
Quæ Vulpem quum revocâsset, intrito cibo
Plenam lagenam posuit: huic rostrum inserens
Satiatur ipsa, & torquet convivam fame:
Quæ quum lagenæ frustra collum lamberet,
Peregrinam sic locutam volucrem accepimus:
Sua quisque exempla debet æquo animo pati.

196. *Mustela & Homo.*

MUstela ab homine prensa quum instantem necem
Effugere vellet: Quæso (inquit) parcas mihi,
Quæ tibi molestis muribus purgo domum.
Respondit ille: Faceres si causâ meâ,
Gratum esset, & dedissem veniam supplici:
Nunc quia laboras, ut fruaris reliquiis,
Quæ sunt rosuri, simul & ipsos devores,
Noli imputare vanum beneficium mihi;
Atque ita locutus improbam letho dedit.
Hoc, in se dictum debent illi agnoscere,
Quorum privata servit utilitas sibi,
Et meritum inane jactat imprudentibus.

197. *Equus & Aper.*

EQuus sedare solitus quo fuerat sitim,
Dum sese Aper volutat, turbavit vadum.
Hinc orta lis est. Sonipes iratus fero,
Auxilium petiit hominis, quem dorso levans
Rediit ad hostem lætus. Hunc telis eques
Postquam interfecit, sic locutus traditur,
Lætor tulisse auxilium me precibus tuis;
Nam prædam cepi, & didici quàm sis utilis:
Atque ita coëgit frænos invitum pati.
Tum mœstus ille: Parvæ vindictam rei
Dum quæro demens, servitutem repperi.
Hæc iracundos admonebit fabula,
Impunè potiùs lædi, quàm dedi alteri.

198. *Pan-*

198. *Panthera & Pastores.*

Solet à despectis par referri gratia.
Panthera imprudens olim in foveam, decidit,
Vidêre agrestes: alii fustes congerunt,
Alii onerant saxis: quidam contra miseriti,
Perituræ quippe, quamvis nemo læderet,
Misêre panem, ut sustineret spiritum.
Nox insecuta est, abeunt securi domum,
Quasi inventuri mortuam postridie.
At illa vires ut refecit languidas,
Veloci saltu foveâ sese liberat,
Et in cubile concito properat gradu.
Paucis diebus interpositis, provolat,
Pecus trucidat, ipsos pastores necat,
Et cuncta vastans sævit irato impetu.
Tum sibi timentes, qui feræ pepercerant,
Damnum haud recusant, tantùm pro vitâ rogant.
Et illa; Memini qui me saxo petierint,
Qui panem dederint: vos timere absistite;
Illis revertor hostis, qui me læserant.

199. *Agnus à Capella nutritus.*

Inter capellas Agno balanti Canis,
Stultè (inquit) erras: non est hæc mater tua:
Ovesque segregatas ostendit procul.
Non illam quæro, quæ quum libitum est, concipit,
Dein portat onus ignotum certis mensibus;
Novissimè prolapsam effundit sarcinam:
Verùm illam quæ me nutrit admoto ubere,
Fraudatque natos lacte, ne desit mihi.
Tamen illa est potior quæ te peperit. Non ita est.
Unde illa scivit niger an albus nascerer?
Age porrò scisset: quum crearer masculus,
Beneficium magnum sanè natali dedit,
Ut expectarem lanium in horas singulas.
Cujus potestas nulla in gignendo fuit,
Cur hac sit potior, quæ jacentis miserita est,
Dulcemque sponte præstat benevolentiam?
Facit parentes bonitas, non necessitas.
His demonstrare voluit auctor versibus
Obsistere homines legibus, meritis capi.

200. *Cicada & Noctua.*

H*Umanitati qui se non accommodat,*
Plerumque pœnas appetit superbiæ.
Cicada acerbum noctuæ convicium
Faciebat, solitæ victum in tenebris quærere;
Cavoque ramo capere somnum interdiu:
Rogata est ut taceret: multò validiùs
Clamare cœpit. Rursus admotâ prece,
Accensa magis est. Noctua ut vidit sibi
Nullum esse auxilium, & verba contemni sua,
Hâc est aggressa garrulam fallaciâ:
Dormire quia me non sinunt cantus tui,
Sonare Citharâ quos putes Apollinis;
Potare est animus nectar, quod Pallas mihi
Nuper donavit: si non fastidis, veni;
Unà bibamus. Illa quæ ardebat siti,
Simul cognovit vocem laudari suam,
Cupidè advolavit. Noctua egressa cavo
Trepidantem consectata est, & letho dedit.
Sic viva quod negârat, tribuit mortua.

201. *Viatores & Latro.*

V*Iam expediti pariter carpebant duo;*
Imbellis alter, alter at promptus manu:
Occurrit illis Latro, & intentans necem
Aurum poposcit: Audax confestim irruens
Vim vi repellit, ac ferro incautum occupat,
Et vindicavit sese forti dexterâ.
Latrone occiso timidus accurrit comes,
Stringitque gladium, dein rejectâ penulâ;
Cedo, inquit, illum; jam curabo sentiat
Quos adtentârit. Tunc qui depugnaverat:
Vellem istis verbis saltem adjuvisses modò,
Constantior fuissem vera existimans:
Nunc conde ferrum, & linguam pariter futilem,
Ut possis alios ignorantes fallere;
Ego qui sum expertus quantis fugias viribus,
Scio quod virtuti non sit credendum tuæ.
Illi adsignari debet hæc narratio
Qui re secundâ fortis est, dubiâ fugax.

202. *Vulpes & Draco.*

VUlpes cubile fodiens, dum terram eruit,
Agitque plures altiùs cuniculos,
Provenit ad Draconis ſpeluncam ultimam,
Cuſtodiebat qui theſauros abditos.
Hunc ſimul aſpexit; Oro ut imprudentiæ
Des primùm veniam, deinde ſi pulchrè vides
Quàm non conveniens aurum ſit vitæ meæ,
Reſpondeas clementer, quem fructum capis
Hoc ex labore, quodve tantùm eſt præmium,
Ut careas ſomno & ævum in tenebris exigas?
Nullum, inquit ille: verùm hoc à ſummo mihi
Jove adtributum eſt. Ergo nec ſumis tibi,
Nec ulli donas quicquam? Sic fatis placet.
Nolo iraſcaris, liberè ſi dixero:
Diis eſt iratis natus qui eſt ſimilis tibi.
Abiturus illuc quò priores abierunt,
Quid mente cæcâ miſerum torques ſpiritum?
Tibi dico, avare, gaudium hæredis tui,
Qui thure ſuperos, ipſum te fraudas cibo;
Qui triſtis audis muſicum citharæ ſonum;
Quem tibiarum macerat jucunditas;
Obſoniorum pretia cui gemitum exprimunt;
Qui dum quadrantes aggeras patrimonio,
Cœlum fatigas ſordido perjurio;
Qui circumcidis omnem impenſam funeris,
Libitina ne quid de tuo faciat lucrum.

203. *Homo & Aſinus.*

QUidam immolâſſet verrem quum ſancto Herculi,
Cui pro ſalute votum debebat ſua,
Aſello juſſit reliquias poni hordei:
Quas aſpernatus ille, ſic locutus eſt:
Tuum libenter prorſus adpeterem cibum
Niſi qui nutritus illo eſt, jugulatus foret.
Hujus reſpectu fabulæ deterritus
Periculoſum ſemper vitavi lucrum.
Sed dicis: Qui rapuêre divitias, habent.
Numeremus, agedum, qui depренſi perierint;
Majorem turbam punitorum reperies.
Paucis temeritas eſt bono, multis malo.

204. *For-*

204. *Formica & Musca.*

FOrmica & Musca contendebant acriter,
Quæ pluris esset: Musca sic cœpit prior;
Conferre nostris tu potes te laudibus?
Ubi immolatur, exta prægusto Deûm,
Moror inter aras, templa perlustro omnia,
In capite regis sedeo, quum visum est mihi,
Et matronarum casta delibo oscula;
Laboro nihil, atque optimis rebus fruor:
Quid horum simile tibi contingit, rustica?
Est gloriosus sanè convictus Deûm,
Sed illi qui invitatur, non qui invisus est.
Reges commemoras & matronarum oscula:
Ego granum in hyemem quum studiosè congero:
Te circa murum video pasci stercore:
Aras frequentas, nempe abigeris quò venis:
Nihil laboras, ideo quum opus est, nil habes:
Superba jactas tegere quod debet pudor:
Æstate me lacessis; quum bruma est, siles:
Mori contractam quum te cogunt frigora,
Me copiosa recipit incolumem domus.
Satis profectò rettudi superbiam.
Fabella talis hominum discernit notas
Eorum qui se falsis ornant laudibus,
Et quorum virtus exhibet solidum decus.

205. *Calvus & Musca.*

CAlvi momordit Musca nudatum caput;
Quam opprimere captans, alapam sibi duxit gravem:
Tunc illa irridens: Punctum volucris parvulæ
Voluisti morte ulcisci: quid facies tibi,
Injuriæ qui addideris contumeliam?
Respondit: Mecum facilè redeo in gratiam,
Quia non fuisse mentem lædendi scio:
Sed te contempti generis animal improbum,
Quæ delectaris bibere humanum sanguinem,
Optem necare, vel majore incommodo.
Hoc argumentum veniam magè dari docet,
Qui casu peccat, quàm qui consilio est nocens:
Illum esse quâvis pœnâ dignum judico.

206. *Passer & Lepus.*

SIbi non cavere & aliis consilium dare
Stultum esse paucis ostendamus versibus.
Oppressum ab Aquila fletus edentem graves
Leporem objurgabat Passer; Ubi pernicitas
Nota, inquit, illa est? quid ita cessârunt pedes?
Dum loquitur, ipsum accipiter nec opinum rapit,
Questuque vano clamitantem interficit:
Lepus semianimus mortis in solatium:
Qui modo securus nostra irridebas mala,
Simili querelâ fata deploras tua.

207. *Duo Calvi.*

INvenit Calvus fortè in trivio pectinem:
Accessit alter æquè defectus pilis:
Heia, inquit, est commune quodcumque est lucri.
Ostendit ille prædam, & adjecit simul:
Superûm voluntas favit, sed fato invido
Carbonem, ut aiunt, pro thesauro invenimus.
Quem spes delusit, huic querela convenit.

208. *Taurus & Vitulus.*

ANgusto in aditu Taurus luctans cornibus,
Quum vix intrare posset ad præsepia,
Monstrabat Vitulus quo se pacto plecteret:
Tace, inquit, antè hoc novi quàm tu natus es.
Qui doctiorem emendat, sibi dici putet.

209. *Pavo ad Junonem.*

PAvo ad Junonem venit, indignè ferens
Cantus luscinii quod sibi non tribuerit:
Illum esse cunctis avibus admirabilem,
Se derideri simul ac vocem miserit.
Tunc consolandi gratiâ, dixit Dea:
Sed formâ vincis, vincis magnitudine,
Nitor smaragdi collo præfulget tuo,
Pictisque plumis gemmeam caudam explicas.
Quo mi, inquit, mutuam speciem si vincor sono?
Fatorum arbitrio partes sunt vobis datæ:
Tibi forma, vires aquilæ, luscinio melos,
Augurium corvo, læva cornici omina,
Omnesque propriis sunt contentæ vocibus.
Noli affectare quod tibi non est datum,
Delusa nè spes ad querelam recidat.

210. *Venator & Canis.*

ADversus omnes fortis veloces feras
 Canis quum domino semper fecisset satis,
Languere cepit annis ingravantibus:
Aliquando objectus hispidi pugnæ suis,
Arripuit aurem: sed cariosis dentibus
Prædam dimisit. Hic tum Venator dolens,
Canem objurgabat: cui senex contra latrans:
Non me destituit animus, sed vires meæ:
Quod fuimus laudas, jam damnas quod non sumus.
 Hoc cur, Philete, scripserim pulchrè vides.

211. *Mustela & Mures.*

MUstela quum annis & senectâ debilis,
 Mures veloces non valeret assequi,
Involvit se farinâ, & obscuro loco
Abjecit negligenter; Mus escam putans,
Assiluit, & compressus occubuit neci:
Alter similiter; deinde periit tertius:
Aliquot secutis, venit & retorridus,
Qui sæpe laqueos & muscipulam effugerat,
Proculque insidias cernens hostis callidi;
Sic valeas, inquit, ut farina es quæ jaces.

212. *Apes & Fuci Vespâ judice.*

APes in alta quercu fecerant favos;
 Hos Fuci inertes esse dicebant suos:
Lis ad forum deducta est, Vespâ judice;
Quæ genus utrumque nosset cùm pulcherrimè,
Legem duabus hanc proposuit partibus:
Non inconveniens corpus, & par est color,
In dubium planè res ut meritò venerit:
Sed ne relligio peccet imprudens mea,
Alveos accipite & ceris opus infundite,
Ut ex sapore mellis, & formâ favi,
De queis nunc agitur, auctor horum appareat.
Fuci recusant, Apibus conditio placet.
Tunc illa talem sustulit sententiam:
Apertum est quis non possit, aut quis fecerit,
Quapropter apibus fructum restituo suum.
 Hanc præterissem fabulam silentio,
Si pactam Fuci non recusâssent fidem.

213. *Canis & Lupus.*

Q*Uam dulcis sit libertas breviter proloquar.*
Cani perpasto, macie confectus Lupus
Fortè occurrit: salutantes dein invicem
Ut restitêrunt; unde sic quæso nites,
Aut quo cibo fecisti tantum corporis?
Ego qui sum longè fortior, pereo fame.
Canis simpliciter: Eadem est conditio tibi,
Præstare domino si par officium potes.
Quod? inquit ille. Custos ut sis liminis,
A furibus tuearis & noctu domum.
Ego verò sum paratus: nunc patior nives,
Imbresque, in sylvis asperam vitam trahens,
Quantò est faciliùs mihi sub tecto vivere,
Et otiosum largo satiari cibo?
Veni ergo mecum. Dum procedunt, aspicit
Lupus à catena collum detritum Canis.
Unde boc, amice? Nihil est. Dic quæso tamen:
Quia videor acer, alligant me interdiu,
Luce ut quiescam, & vigilem nox quum venerit:
Crepusculo solutus, quà visum est, vagor:
Affertur ultro panis, de mensa sua
Dat ossa dominus, frusta jactat familia,
Et quod fastidit quisque pulmentarium.
Sic sine labore venter impletur meus.
Age, si quò est abire animus, est licentia?
Non planè est, inquit. Fruere quæ laudas Canis:
Regnare nolo, liber ut non sim mihi.

214. *Arbores in Deorum tutela.*

OLim quas vellent esse in tutela sua
Divi legêrunt Arbores. Quercus Jovi,
Et myrtus Veneri placuit, Phœbo laurea,
Pinus Cybelæ, populus celsa Herculi.
Minerva admirans, quare steriles sumerent,
Interrogavit. Causam dixit Jupiter:
Honore fructum nè videamur vendere.
At me hercule narrabit quod quis voluerit:
Oliva nobis propter fructum est gratior.
Tunc sic Deorum genitor atque hominum sator:
O nata, meritò sapiens dicère omnibus:
Nisi utile est quod facimus, stulta est gloria.
Nihil agere quod non prosit, fabella admonet.

215. Ca-

215. *Canum legati ad Jovem.*

CAnes, legatos olim misère ad Jovem,
Melioris vitæ tempus oratum suæ,
Uti se abriperent hominum contumeliis,
Furfuribus sibi conspársum quòd panem darent;
Fimoque turpi maximam explerent famem.
Profecti sunt legati non celeri pede,
Dum naribus scrutantur escam in stercore.
Citati non respondent: vix tandem invenit
Eos Mercurius, & turbatos attrahit.
Tum verò vultum magni ut viderent Jovis,
Totam timentes concacârunt regiam.
Propulsi verò fustibus, vadunt foras:
Vetat dimitti magnus illos Jupiter.
Mirati sibi legatos non revertier,
Turpe æstimantes aliquid commissum à suis,
Post aliquod tempus alios adscribi jubent.
Rumor legatos superiores prodidit:
Timentes rursus aliquid nè simile accidat,
Odore canibus anum, sed multo replent;
Mandata dant; legati mittuntur: statim
Adeunt: rogantes aditum, continuò impetrant.
Consedit genitor tum Deorum maximus,
Quassatque fulmen: tremere cœpit omnia:
Canes, confusus subitò quòd fuerat fragor,
Repente odorem mixtum cum merdis cacant.
Reclamant omnes vindicandam injuriam.
Sic est locutus ante pœnam Jupiter:
Non est legatos regis non dimittere,
Nec est difficile pœnas culpæ imponere:
Non veto dimitti, verùm cruciari fame,
Ne ventrem continere non possint suum:
Sed hoc feretis pro judicio præmium:
Illi autem, qui misèrunt vos tam futiles,
Nunquam carebunt hominis contumeliâ.
Ita nunc legatos expectant & posteri;
Novumque venire qui videt, culum olfacit.

216. *Occasio depicta.*

CUrsu volucri pendens, in novaculâ,
Calvus, comosâ fronte, nudo corpore,
Quem si occupâris, teneas; elapsum semel
Non ipse possit Jupiter reprehendere:
Occasionem rerum significat brevem.
Effectus impediret ne segnis mora,
Finxère antiqui talem effigiem temporis.

 217. *Musca*

217. *Musca & Quadrigæ.*

STarent Quadrigæ cùm paratæ cursui,
Musca advolans temoni earum insederat;
Misso ergo signo, illisque procurrentibus,
Pulsu Rotarum & Quadrupedantis ungulæ
Pulverea Nubes mota opacavit diem:
Tum in se ipsa Musca, gestiens, Dii magni, ait,
Quantam profundi vim excitavi pulveris!

218. *Ex Sutore Medicus.*

MAlus quum Sutor inopiâ deperditus
Medicinam ignoto facere cœpisset loco,
Et venditaret falso antidotum nomine,
Verbosis adquisivit sibi famam strophis.
Hic quum jaceret morbo confectus gravi,
Rex urbis, ejus experiendi gratiâ,
Scyphum poposcit; fusâ dein simulans aquâ
Antidoto miscere illius se toxicum,
Hoc bibere jussit ipsum, posito præmio.
Timore mortis ille tum confessus est,
Non artis ullâ medicum se prudentiâ,
Verum stupore vulgi factum nobilem.
Rex advocatâ concione hæc addidit:
Quantæ putatis esse vos dementiæ,
Qui capita vestra non dubitatis credere
Cui calceandos nemo commisit pedes?
Hoc pertinere verè ad illos dixerim,
Quorum stultitia quæstus impudentiæ est.

219. *Vulpes vota mutans.*

INitura Vulpes cortem opimam divitis,
Pingui refertam genere Gallinaceo,
Foramen id, quà transeundum erat sibi,
Cupiebat in penetrando dilatarier:
Rursum inde subreptam ore Gallinam efferens
Cùm jam imminentem horreret à tergo Canem;
Ne se ille posset insequi, orabat Deos,
Uti foramen redderent quàm arctissimum.

220. *Leo Mente captus, & Caprea.*

PErcitum atrâ bile Caprea cùm Leonem cerneret,
Pervagantem lata campi spatia vesanis modis,
O ferarum triste fatum, dixit, ac miserrimum!
Nam Leo si compos animi, non erat ferri potis:
Nunc ubi insanire cœpit, quàm erit atrox & impotens!

221. *Pul-*

221. *Pullus Asini & Lupus.*

MOrbo Asinus olim cùm laboraret gravi,
Ut adesse mortem rumor increbesceret,
Lupus ore ficto accessit illum visere:
Quem Pullus Asini, qui assidens erat patri,
Per obseratæ januæ rimam agnitum
Admittere intrò noluit: sed enim Lupus,
Quonam modo se haberet æger, institit
Rogare. Melius, ille ait; quàm tu velis.

222. *Herus & Canis.*

CAnem habuit olim quidam: is illum pascere
Cùm vellet, id manu ipse faciebat suâ:
Cùm verò verberare eum decreverat,
Servo suo mandebat illud muneris.
Pertæsus ejus vitæ, ad extremum Canis
Aufugit. Herus postea casu obvius
Convicium ingens fecit, oneravit probris,
Et bestiam appellavit ingratissimam:
Quòd semper ab se pastus, habitus bene,
Nec verberatus unquam, herum tàm amabilem
Relinquere induxisset in animum suum:
Tu tu ipse, tu me verberâsti, inquit Canis:
Tibi depilatum tergus hoc miserum, tibi
Accepta referro facta flagris ulcera:
Etenim quod, imperante te, servus tuus
Faciebat, abs te id esse factum existimo.

223. *Jupiter & Cochlea.*

REcens creatis bestiis Divûm pater,
Quod quæque primum postulavisset, dabat.
Tum Cochlea impetravit, ut suam sibi
Domum liceret ferre junctam corpori:
Interrogata cur onus tam incommodum
Pro munere expetisset, Hoc incommodi
Perferre, dixit, malo, quàm arbitrii mei
Non esse, devitare vicinos malos.

224. *Canes duo.*

CAnis fuit, qui tempore pluvio domi
Se continebat, ne pedem unquam è limine.
Interrogatus hic ab æquali suo,
Cur id faceret, Ego inquit, aliàs fervidâ
Perfusus undâ, timeo nunc & frigidam.

225. *Jupiter & Rusticus.*

FUndum colendum Rusticus quondam ab Jove
Conduxit æquâ parte cum illo fructuum,
Hac lege, ut omnem ad ipsius nutum Deus,
Ad Rustici, inquam, jussa summus Jupiter
Plueret, serena faceret, auras mitteret.
Ita deinde fundus sedulò est cœptus coli:
Sata provenire, & aucta culmis surgere,
Præstante pactas temporum vices Deo:
Et ad imperata, nunc citum Favoniis,
Nunc uvidum exhibente, nunc sudum aera.
Fit ecce messis: quâ spem hiantis Rustici
Vanis aristis sterilis elusit seges.
Subrisit, & jacturam eam haud ægrè tulit
Qui templa cœli torquet, & terræ sola:
Sed specimen ut prudentiæ suæ daret,
Vides bone, ait, agricola, quid profecerint
Abs te institutus annus, & cultum solum:
Parente semper me tibi, & semper tua
Obnoxiis ad vota tempestatibus:
Nunc, si placet, videamus annum hunc proximum:
Tu arato, tu sarrito, tu occato ut soles:
Me sine supernè regere, & arbitrio meo
Ventos ciere, nubilum & sudum dare:
Mea faxo videas ratio quàm præstet tuæ:
Hæc Jupiter: cui cùm annuisset Rusticus,
Anno insequenti versus ordo temporum
Læto replevit vacua proventu horrea.
Ex illo omisit homo Deo præscribere:
Bonique cuncta, quæ illæ præstat, consulit.

226. *Vulpes & Simius.*

ANimalium potitus imperio Leo,
Ea exulare è finibus regni sui,
Honore caudæ quæ carerent, jusserat.
Pavefacta Vulpes, ire in exilium parans,
Jam colligebat vasa: cui cùm Simius,
Ad regis imperata jam vertens solum,
Non pertinere edictum ad illam, diceret,
Quæ tantum haberet caudæ, ut & superforet:
Verum, inquit illa, dicis; & rectè admones;
Sed quî scio, inter illa quæ caudâ carent,
An me Leo numerare vel primam velit?

227. *Arbores & Rhamnus.*

Regnum olim Olivæ detulêrunt Arbores,
Et valida latè sceptra gentis Frondeæ:
Quibus illa, quæ contenta sorte esset suâ,
O amicæ, ait, meamne pinguetudinem,
Dîs atque hominibus expetitam, deseram,
Ut imperem regnique curis macerer?
Ite, oro, & alii sarcinam hanc imponite.
Rejectæ eunt ad Ficum: uti regnet, rogant:
Quæ & ipsa, per se læta nativis bonis,
Egone ut meam dulcedinem, & suavissimos
Fructus, sapori mellis Hyblæi pares,
Angore mutem, quo hic honos exuberat?
Re rursus infectâ hæsitabundæ arbores
Vitem quoque statuêre tentandam sibi.
Ea tum nigranti concolores purpuræ
Uvas onustos explicans per palmites,
Videtis, inquit, has opes, hanc copiam,
Hoc delicatum tot racemorum decus,
Deo unde hominibusq; humor acceptus fluit?
Hæc dona opima, hæc tanta naturæ bona
Ut deseram, vos estis auctores mihi?
Tum verò me omnes omnium stultissimam
Existimârint Arborum, si id fecero,
Quo me ipsa perdam, cæteris ut consulam.
Hæc illa: at hæ, jam supplicandi tædio
Fessæ, ac labore, Rhamno honorem deferunt.
Elatus ille regio fastu, ac tumens,
Si rex, ait, sum vester, ad me accedite
Omnes, & umbrâ sub meâ confidite.
Ni id feceritis, rapidus ignis, nemini
Parsurus ex me erumpat, atque ipsas quoque
Excelsiores hauriat Libani Cedros.

228. *Anguilla & Serpens.*

Unanimem quondam Serpentem Anguilla rogavit;
Cur Anguillarum generi omnia plena periclis,
Plena dolis hominum atque inimicis fraudibus essent?
At tu, inquit, mihi cum similis, cùm pene gemellus
Cetera sis, nullis obnoxius insidiis es;
Securosque dies pacati transigis ævi.
Cui Serpens, Nimirum, inquit, quia qui mea turbat
Otia, & infestam mihi vim temerarius affert,
Non impunè refert, nec inulta injuria restat.

229. *Mu-*

229. *Mures.*

COactus olim cùm ſenatus Murium
Deliberaret, ſævo quo poſſent modo
Cavere Felis furta, & inſidias graves;
Decrevit unus, collo ut adverſarii
Suſpenderent ex ære tintinnabulum,
Cujus ſono illum adeſſe perſentiſcerent.
Probare pro ſe quiſque conſilium; & ſtatim
Cœpêre pedibus ire in hanc ſententiam.
Tum ab ſede ſurgens unus ex primoribus;
Cui cana vetulas barba velabat genas,
Manu ſilentium imperans. Mihi quoque
Probatur; ut cui maximè, hæc ſententia:
Sed oro vos, quis, inquit, ex nobis, patres,
Feli auſit alligare tintinnabulum?

230. *Dies Feſtus & Profeſtus.*

FEſtum in diem profeſtus inſurrexerat,
Odioſa magno probra clamore ingerens:
Quid te, inquit, ignave, eſſe tandem exiſtimas,
Qui tam otioſè, delicatam, ac ſplendidam,
Sine opere, ſine labore, vitam ductites,
Sudore parta prodigens meo bona?
Olli renidens leniter feſtus dies,
Et meritò alis, ait, ſortis auctorem tuæ:
Etenim quid eſſes, ſtulte, ſine me? nam, niſi
Ego Feſtus eſſem, tu Profeſtus non fores.

231. *Vulpes & Lupus.*

IN puteum ab alto lapſa Vulpes margine,
Jamjam profundis haurienda aquis erat:
Miſera ergo ab adventante fortè illuc Lupo
Supplex petivit, fune demiſſo extrahi:
Ille otioſi more, quærere inſtitit,
Quo lapſa pacto, quo fuiſſet tempore?
Prius eripe hinc me, dum licet, Vulpes ait,
Deinde audies omne, ordine ut factum ſiet.

232. *Bu-*

232. *Bubulcus & Hercules.*

VIa in lutoſa prægrave hæſerat plauſtrum,
 Merſis ad uſque axem rotis.
Nihil hic Bubulcus providere, nec ſeſe
 Opi ferendæ accingere:
Tantum ſedens, ſuamque conquerens ſortem,
 Magnum invocabat Herculem:
Cui nube ſubtùs candidâ Deus, præſtò
 Fuit, & monere hæc inſtitit:
Age, inquit, & tu enitere ipſe per tete,
 Atque id, quod in te eſt, expedi:
Stimula boves, humeriſque promove plauſtrum
 Tum demum agentem gnaviter
Vocatus adjuvabo, vique cœleſti
 Humana vota proſequar.

233. *Aſinus, Simius & Talpa.*

ASinum querentem quòd careret cornibus,
 Et Simium quòd caudæ honore, hoc arguit
Sermone Talpa: Quî poteſtis, hanc meam
Miſeram intuentes cæcitatem, hæc conqueri?

234. *Turdi.*

EX maximo cùm fortè Turdorum globo,
 Ad præcoces vindemias qui Galliæ
Togatæ Etruſcis devolârant montibus,
Exigua ſanè pars revertiſſent domum,
Sed hi saginâ craſſi, obeſi, prægraves;
Hos conſpicati qui domi remanſerant,
Livore tacti, ſe ſuamque peſſimam
Cœpêre ſortem conqueri, quòd cum iis ſimul
Ad tam beatas non profecti eſſent dapes.
Quibus unus ex iis, qui reverſi erant, ait,
O inſcientes, atque rerum improvidi!
Annon videtis, ex quot ante millibus,
Qui exiveramus ſpe saginæ & crapulæ,
Ad quam redacti paucitatem nunc ſumus?
Fœdo exitu deſideratis cæteris
Captis, necatis, ſub corona venditis:
Quod ſi miſeria, ſi pericula, ſi metus,
Si cuncta quæ nos, qui ſuperſumus, mala
Pertulimus, æſtimetis, & caſus graves:
Næ hæc ſtulta vobis jam libido fugerit,
Externa conquiſitum eundi pabula.

235. *Pater, Filius & Asinus.*

PAter senex, & gnatus Adolescentulus
Venalem Asellum ad proximæ urbis nundinas
Nullâ gravatum præ se agebant sarcinâ.
Hos intuens qui fortè ptoximè viam
Arabat, irridere cœpit Rusticus:
Quòd, ut tenellos pædagogi heros solent,
Ita ipsi Asellum feriatum ducerent,
Alter Senex planè, alter Adolescentulus,
Ætate uterque cui vehiculo opus foret.
Hæc perpulere obnoxium dictis Patrem,
Uti juberet Filium conscendere:
Ecce alius illis obvius reprehendere
Senem instituit, quòd obsequens nimis Pater
Juvenem atque validum Filium sineret vehi,
Iter ipse pedibus faceret infirmus Senex.
Hæc vera visa: hic Filio jusso Pater
Descendere, ipse insedit usque ad transitum
Vici ad viam jacentis: ejus incolæ
Notare pro se quisque cœpêrunt Senem,
Quòd adhuc virenti ætate vir, alacer, vigens
Veheretur ipse; at Filium tenellulum,
Per tantum itineris cogeret pedibus sequi.
Hanc ille tantam sustinere non valens
Invidiam, Aselli clunibus gnatum jubet
Post se insilire, atque onere duplicato vehi.
Ibi tum viator, fortè misericordiâ
Commotus Asini, valdè, ait, vile hoc tibi est
Animal, Pater, qui id tam sinistrè perdere
Vastâ duorum mole tendis corporum.
His ille tot pugnantibus sententiis
Distractus animum, incertus hæsit consilî:
Cùm, non inani, non onusto tot modis
Asino per omnes reprehendentum vices,
Sine lite posset aut querela progredi.
Tandem experiri & hanc quoque placuit viam:
Inter supini ut colligatos indito
Pedes Aselli palo, eum ipsi pendulum
Ferrent; ita humeris prægrave attollunt onus.
Tum verò ad illud tam insolens spectaculum
Affusa multitudo commeantium
Risu emoriri, insanum utrumque dicere,
Vexare salibus, sed magis multò Senem.
Tum denique ille irâ impotenti percitus,
Præcipitem Asellum in maximam malam crucem
Ab aggere alto in proximum flumen dedit.

236. *Cassita.*

ALes est Cassita, summum pileata verticem,
In segetibus nidulari sueta, & ova excludere
Ferme in anni tempus illud, filios ut puberes,
Appetente messe, primis instruat volatibus.
Fortè tempestiviora legit hæc quondam sata:
Itaque flavescente segete pulli adhuc implumibus
Egredi materna tecta non valebant artibus:
Igitur ad cibum parandum fœta proficiscens foras
Monuit hos, si qui viderent, si quid audirent novi,
Sedulò ut renunciare cuncta meminissent sibi.
Ecce dominus segetis illuc venit; & gnatum vocans;
Cernis hæc maturuisse, & postulare jam manus;
Proinde cras, ubi diurnum fulserit crepusculum,
Ito, ait, rogato amicos mutuam, in messem hanc, opem:
Anxii pulli reversæ matri id ipsum nunciant:
Illa eos esse otiosos, atque securos jubet:
Non enim messem futuram, dum ille amicis fideret.
Postero die profectâ rursus ad pastum alite,
Dominus opperitur illos, quos vocari jusserat:
Sol inardescit: nihil fit: præstò amicus nullus est.
Tum ille gnato, isti amici nostri, ait, sunt desides:
Quin ad affines rogandos, & propinquos pergimus,
Tempori cras ad metiendum præstò uti nobis sient?
Rursus hoc pulli parenti territi renunciant:
Mater illos tum quoque esse sine metu & cura imperat,
Vos modo, inquit, adnotate diligenter omnia,
Quæque dicentur per illum, quæque fient denuò.
Alia lux exoritur: ales pabulatum provolat:
Ille vir bonus propinquos frustra, & affines manet;
Quos jubens tandem valere, filio edixit suo,
Ut duas deferret illuc luce falces posterâ:
Tu tibi unam sumito, inquit, alteram ipse sumpsero:
Rem geremus Marte nostro, & copiis domesticis.
Hoc ubi rescivit ales ilicet pullis ait:
Nunc profectò providendum est, vos ut aliò transferam:
Nam seges cras demetetur ista certo certiùs:
Quando is ipse, cuja res rest, illam agendam suscipit.

237. *Canis in præsepi.*

BOs post laboris tædia reversus domum,
Pro more stabulum ingreditur, ut famem levet;
Præsepe sed priùs occupaverat Canis,
Ringensque frendensque arcet à fæno bovem:
Hunc ille morosum atque inhospitum vocat,
Et fastuosum mentis ingenium exprobrat:
Canis hisce graviter percitus conviciis,
Túne, inquit, audes me vocare inhospitum?
Me nempe summis quem ferunt præconiis
Gentes tibi ignotæ? Exteri si quid sciant,
Humanitate supero quemlibet Canem.
Hunc intumentem rursus ita bos excipit;
Hæc Singularis an tua est Humanitas,
Mihi id roganti denegare pabulum,
Gustare tu quod ipse nec vis, nec potes?

INDEX FABULARUM ALPHABETICUS.

FABULÆ GRÆCÆ.

A — μῦθ.

Ἀδύνατα ἐπαγγελλόμενος ρμη'.
Ἀετὸς μα'.
Ἀετὸς καὶ Ἀλώπηξ κ'.
Ἀετὸς καὶ Κάνθαρος ρκη'.
Ἀηδὼν καὶ Ἱέραξ κη'.
Αἰθίοψ ζγ'.
Αἴλουρος καὶ Ἀλεκτρυὼν ι'.
Αἴλουρος καὶ Ὄρνεις ξθ'.
Αἴλουρος καὶ Μύες ος'.
Ἀλέκτορες ρδ'.
Ἀλεκτρυόνες καὶ Πέρδιξ νδ'.
Ἁλιεὺς καὶ Σμαρὶς ρκ'.
Ἀλκυὼν μς'.
Ἀλώπεκες λ'.
Ἀλώπηξ ια'.
Ἀλώπηξ καὶ Βότρυς γ'.
Ἀλώπηξ καὶ Πίθηκος λς'.
Ἀλώπηξ καὶ Βάτος. ν'.
Ἀλώπηξ καὶ Κροκόδειλος νε'.
Ἀλώπηξ καὶ Λέων ξα'.
Ἀλώπηξ καὶ Κόραξ ξη'.
Ἀλώπηξ καὶ Δρυοτόμος πα'.
Ἀλώπηξ καὶ Τράγος ρη'.
Ἀλώπηξ λιμώττουσα ριθ.
Ἀλώπηξ καὶ Ἐχῖνος ρκβ'.
Ἀλώπηξ καὶ Πάρδαλις ρλζ'.
Ἀνὴρ καὶ Ἐπαείδης οε'.
Ἄνθρωπος καὶ Σάτυρος κδ'.
Ἄνθρωπος καὶ Κύων με'.
Ἄνθρωπος καταθραύσας ἄγαλμα ρις'.
Ἄρκτος καὶ Ἀλώπηξ ζε'.
Ἀρνὸς καὶ Λύκος ε'.
Ἀσπάλαξ πς'.

B

Βάτος καὶ Ἐλάτη ρμβ'.
Βάτραχοι ς'.
Βάτραχοι μβ'.
Βάτραχοι οδ'.
Βουκόλος λβ'.
Βουταλὶς πη'.

Γ

Γέρων καὶ Θάνατος η'.
Γεωργὸς ρν'.
Γεωργὸς καὶ Ὄφις ξε'.
Γεωργὸς καὶ Πελαργὸς ζη'.

Δ

Δάμαλις καὶ Βοῦς μγ'.
Δειλὸς κυνηγὸς καὶ Δρυοτόμος ρε'.
Δέλφαξ καὶ Ἀλώπηξ ζβ'.
Δεσπότης καὶ Κύνες νβ'.
Δρυοτόμοι καὶ Πεύκη ρκα'.
Δρῦς καὶ Κάλαμοι ρμδ'.

E

Ἔλαφος δ'.
Ἔλαφος ρλδ'.
Ἔλαφος καὶ Ἄμπελος λη'.

Ἔριφος καὶ Λύκος ϟϛʹ.
Ἑρμῆς καὶ Ἀγαλματοποιὸς ξβʹ.
Ἔχις καὶ Ῥίνη πζʹ.

Z

Ζεὺς ϟδʹ.

H

Ἡμίονος λαʹ.
Ἡρακλῆς καὶ Πλοῦτος ριεʹ.

I

Ἵππος καὶ Ἔλαφος ιδʹ.
Ἵππος καὶ Ὄνος νηʹ.
Ἵππος καὶ Ἱπποκόμος οζʹ.

K

Κακοπράγμων ζʹ.
Κάλαμος καὶ Ἐλαία ριαʹ.
Καρκῖνος καὶ Ἀλώπηξ ριζʹ.
Καρύα ρκθʹ.
Κολοιὸς ρʹ.
Κολοιὸς ριδʹ.
Κολοιὸς καὶ Ποιμὴν ρνγʹ.
Κομπαστὴς νϛʹ.
Κόραξ κγʹ.
Κόραξ καὶ Ὄφις νθʹ.
Κορυδαλὸς μθʹ.
Κορώνη καὶ Κύων οβʹ.
Κοχλίαι μζʹ.
Κύκνος ξʹ.
Κύνες ρλϛʹ.
Κύνες λιμώττουσαι κζʹ.
Κυνόδηκτος ιϛʹ.
Κύων καὶ Ἀλεκτρυὼν ιθʹ.
Κύων καὶ Λύκος ξζʹ.
Κύων κρέας φέρων οαʹ.
Κύων καὶ Ἀλώπηξ ρζʹ.
Κύων καὶ Δεσπότης ρμϛʹ.
Κώνωψ καὶ Λέων πʹ.
Κώνωψ καὶ Βοῦς ρλγʹ.

Λ

Λαγωοὶ ραʹ.
Λαγωοὶ καὶ Βάτραχοι μδʹ.
Λέαινα καὶ Ἀλώπηξ ρνηʹ.
Λέων καὶ Ἀλώπηξ αʹ.
Λέων καὶ Λύκος, καὶ Ἀλώπηξ ιηʹ.
Λέων καὶ ὄνος καὶ Ἀλώπηξ. καʹ.
Λέων καὶ Βάτραχος λζʹ.
Λέων καὶ Ὄνος μηʹ.
Λέων καὶ Ἄρκτος ριηʹ.
Λέων καὶ Λαγωὸς ρλʹ.
Λέων καὶ Ἄνθρωπος ρμʹ.
Λέων καὶ Κάπρος ρμζʹ.
Λέων καὶ Ταῦροι ρναʹ.
Λέων καὶ Μῦς ρνβʹ.
Λέων καὶ Ταῦρος ρνεʹ.
Λύκος καὶ Γραῦς βʹ.
Λύκος καὶ Γέρανος ζʹ.
Λύκος καὶ Ἄρς λδʹ.
Λύκος καὶ πρόβατον λθʹ.
Λύκος καὶ Ἀρνίον πθʹ.
Λύκος καὶ Ποιμένες ϟγʹ.
Λύκος καὶ Αἶξ ρβʹ.
Λύκος καὶ Ἵππος ριγʹ.
Λύκος καὶ Λέων ρκζʹ.
Λύκος καὶ Ἀλώπηξ ρλαʹ.

M

Μελιττουργὸς ρνδʹ.
Μηναγύρται ριβʹ.
Μιμὼ κθʹ.
Μονιὸς καὶ Ἀλώπηξ ιζʹ.
Μῦες καὶ Γαλαῖ οηʹ.
Μυῖα κεʹ.
Μυῖαι λεʹ.
Μῦς ριʹ.

N

Νεβρὸς νζʹ.
Νυκτερὶς καὶ Γαλῆ ξδʹ.

Νυκτερὶς

Νυκτεῖς καὶ Βάτος, καὶ Αἴθυια ό.

Ξ

Ξυλοδόμῳος καὶ Ἑρμῆς ξς.

Ο

Ὁδοιπόροι καὶ Πλάτανος ρμέ.
Ονοι πδ'.
Ονος ρλη'.
Ονος καὶ Κηπωρὸς ιβ'.
Ονος καὶ Ἵππος κς'.
Ονος Αγειος μ'.
Ονος καὶ Κόραξ νγ'.
Ονος Βαστάζων εἴδωλον ζα'.
Ονος καὶ Αλώπηξ ρκγ'.
Ονος καὶ Λέων ρλβ'.
Ονος καὶ Λύκος ρμα'.
Ονος καὶ Βάτραχοι ρμγ'.
Ονος καὶ Λεοντῆ ρνζ'.
Ορνιθοθήρας καὶ Κορυδαλὸς θ'.
Ορνις καὶ Χελιδὼν οθ'.
Οφις ζζ'.
Οφις καὶ Γεωργὸς ρκς'.

Π

Παῖς καὶ Σκόρπιος πέ.
Περιστερὰ καὶ Κορώνη ϟγ'.
Πήρα ρθ'.
Πίθηκος καὶ Δελφὶς ρνς'.
Πλέοντες ρς.

Ρ

Ροιὰ καὶ Μηλέα ξγ'.

Σ

Σκώληξ καὶ Αλώπηξ λγ'.
Σῦς καὶ Κύων κβ'.

Τ

Ταῦρος καὶ Τράγος ρλέ.
Ταὼς καὶ Κολιὸς ογ'.
Τέττιξ καὶ Μύρμηκες ιέ.
Τέττιξ καὶ Αλώπηξ ρλθ'.
Τοξότης καὶ Λέων ρκδ'.
Τύχη ρκέ.

Υ

Ὗς καὶ Κύων πγ'.

Χ

Χελιδὼν καὶ Κορώνη ιγ'.
Χελώνη καὶ Αετὸς ρμθ'.
Χήρα καὶ Πρόβατον πβ'.
Χύτραι να'.

FABULÆ HEBRAICÆ.

א תרנגול ומרגלית

ב כלבא עם כלבא יולדת

ג אריה חזיר יערי ושור וחמור

ד חמור והזיר יערי

ה נשר וקפוד

ו נישואי השמש

ז שועל ונשר

ח כבשה וכלב

ט אריה וזאב

י העז והעגל והאריה והכבש

FABULÆ ARABICÆ.

١ غزال

٢ كلب وارنب "

٣ بستاني "

٤ خنفقة ونحلة "

٥ صبي "

٦ كلاب وثعلب "

٧ انسان وفرس "

٨ العوسج "

FABULÆ LATINÆ.

A — Fab.

ÆThiops. 93.
Agnus & Lupus. *Faernus.* 5.
Agnus à Capella nutritus. *Phædrus.* 199.
Agricola. 150.
Agricola & Ciconia. 98.
Alcedo. 46
Anguilla & Serpens. *F.* 229.
Anus ad Amphoram. *Ph.* 187.
Aper & Vulpes. *F.* 17.
Apes & Fuci Vespa judice. *Ph.* 212.
Apiarius 154.
Aquila. 41.
Aquila & Vulpes. *F.* 20.
Aquila & Scarabæus. 128.
Aquila, Cornix & Testudo. *Ph.* 163.
Aquila, Felis & Aper. *Ph.* 188.
Aranea & Apes. 172.
Arbores in Deorum tutela. *Ph.* 214.
Arbores & Rhamnus. *F.* 228.
Armentarius. *F.* 32.
Asini. *F.* 84.
Asinus. *F.* 138.
Asinus & Hortulanus. *F.* 12.
Asinus & Equus. *F.* 26.
Asinus Sylvestris. 40.
Asinus & Leo venantes. *Ph.* 48.
Asinus, Corvus & Lupus. *F.* 53.
Asinus Simulachrum gestans. *F.* 91.
Asinus & Galli. *Ph.* 112.
Asinus & Vulpes. *F.* 123.
Asinus & Leo. 132.
Asinus & Lupus. *F.* 141.
Asinus & Ranæ. 143.
Asinus & leonina pellis. *Avien.* 157.
Asinus irridens Aprum. *Ph.* 162.
Asinus egregie cordatus. *Ph.* 181.
Asinus, Simius & Talpa. *F.* 234.
Auceps & Cassita. *F.* 9.

B.

Bubulcus & Hercules. *F.* 233.
Butalis. 88.

C.

Calvus & Musca. *Ph.* 205.
Cancer & Vulpes. 117.
Canes. 136.
Canes famelici. *Ph.* 27.
Canes duo. *F.* 224.
Canis in Præsepi, è *Camerario.* 237.
Canis & Gallus. *F.* 19.
Canis & Lupus. *F.* 67.
Canis natans. *Ph.* 71.
Canis & Vulpes. 107.
Canis & Dominus. 146.
Canis parturiens. *Ph.* 160.
Canis fidelis. *Ph.* 184.
Canis & Crocodilus. *Ph.* 186.
Canis, Thesaurus & Vulturus. *Ph.* 189.
Canis & Lepus. 170.
Capellæ & Hirci. *Ph.* 180.
Canis & Lupus. *Ph.* 213.
Canna & Oliva. *F.* 111.
Canum legati ad Jovem. *Ph.* 215.
Cassita. 49.
Cassita. *F.* 236.
Cerva. 134.
Cervus. *T. F.* 169.
Cervus & Boves. *Ph.* 190.
Cervus Cornibus impeditus. *Ph.* 4.
Cervus & Vitis. *F.* 38.
Cicada & Noctua. *Ph.* 200.
Cicada & Formicæ. *F.* 15.
Cicada & Vulpes. 139.
Cochleæ. *F.* 47.
Columba & Cornix. 103.
Cornix & Canis. *F.* 72.
Corvus & Mater. *F.* 23.
Corvus & Serpens. *F.* 59.

Culex

Culex & Leo. 80.
Culex & Taurus. *T. Faber.* 133.
Cygnus. *F.* 60.

D.

Dies Festus & Profestus. *F.* 231.
Dumus & Abies. *Av.* 142.
Duo Calvi. *Ph.* 207.

E.

Equus & Cervus. *Hor.* 14.
Equus & Asinus. *F.* 58.
Equus & Equiso. 77.
Equus & Aper. *Ph.* 197.
Ex Sutore Medicus. *Ph.* 218.

F.

Felis & Gallus. *F.* 10.
Felis & Gallinæ. 69.
Felis & Mures. *F.* 76.
Formica & Musca. *Ph.* 204.
Fortuna. 125.

G.

Galli. 104.
Galli & Perdix 54.
Gallina & Hirundo. *F.* 79.
Graculus Superbus. *Ph.* 100.
Graculus & Pastor. 153.
Gubernator & Nautæ. *Ph.* 106.

H.

Hercules & Plutus. *Ph.* 115.
Herus & Canes. *F.* 52.
Herus & Canis. *F.* 222.
Hinnulus. *F.* 57.
Hirundo & Cornix. *F.* 13.
Hœdus & Lupus 96.
Homo & Canis. *Ph.* 16.
Homo & Satyrus. *F.* 24.
Homo & Canis. *F.* 45.
Homo & Colubra. *Ph.* 65.
Homo perfractor Statuæ. 116.
Homo & Asinus. *Ph.* 203.
Hortulanus. *T. F.* 171.

I.

Jactator. *F.* 56.
Jaculator & Leo. 124.
Impossibilia promittens. 148.
Jupiter. 94.
Jupiter & Cochlea. *F.* 223.
Jupiter & Rusticus. *F.* 226.
Juvenca & Bos. 43.

L.

Leæna & Vulpes. *T. F.* 158.
Leo & Vulpes. *F.* 1.
Leo, Lupus & Vulpes. *F.* 18.
Leo, Asinus & Vulpes. *F.* 21.
Leo & Rana. 37.
Leo & Ursus. 118.
Leo & Lepus. 130.
Leo & Homo. *T. F.* 140.
Leo & Aper. 147.
Leo & Tauri. *T. F.* 151.
Leo & Mus. 152.
Leo & Taurus. *T. F.* 155.
Leo senio confectus. *Ph.* 161.
Leo Sapiens. *Ph.* 192.
Leo mente captus & Caprea. *F.* 220.
Lepores. *T. F.* 101.
Lepores & Ranæ. 44.
Lignarii & Abies. 121.
Lignator & Mercurius. *F.* 66.
Lupus & Mulier. *F.* 2.
Lupus & Grus. *Ph.* 7.
Lupus & Agnus. *Ph.* 34.
Lupus & Ovis. 39.
Lupus & Agnus. 89.
Lupus & Pastores. 99.
Lupus & Capra. 102.
Lupus & Equus. 113.
Lupus & Leo. 127.
Lupus & Vulpes. 131.
Lupus & Vulpes. 167.
Lupus & Vulpes judice Simio. *Ph.* 178.
Luscinia & Accipiter. 28.

M.

Malignus. *F.* 90.
Margarita in Sterquilinio. *Ph.* 159.
Mercurius & Statuarius. *F.* 62.
Milvius & Columbæ. *Ph.* 179.
Musca & Mula. *Ph.* 193.
Monedula. *F.* 114.
Muli & Latrones. *Ph.* 194.
Mulus. *F.* 31.
Mures. *Hor.* 110.
Mures. *F.* 230.
Musca. *F.* 25.
Muscæ. 35.

Musca & Quadrigæ. *Ph.* 217.
Mustela & Homo. *Ph.* 196.
Mustela & Mures. *Ph.* 211.

N.

Nux. 129.

O.

Occasio depicta. *Ph.* 216.
Ollæ duæ ænea & fictilis. *F.* 51.
Ovis, Canis & Lupus. *Ph.* 166.
Ovis & Cervus. *Ph.* 182.

P.

Panthera & Pastores. *Ph.* 198.
Passer & Lepus. *Ph.* 206.
Pater, Filius & Asinus. *F.* 235.
Pavo & Monedula. *F.* 73.
Pavo ad Junonem. *Ph.* 209.
Pera. *Ph.* 109.
Piscator & Cervus. *Av.* 120.
Puer & Scorpius. *F.* 85.
Pugna Murium & Mustelarum. *Ph.* 78.
Pullus Asini & Lupus. *F.* 221.
Punica & Malus. 63.

Q.

Quercus & Calami. 144.

R.

Rana rupta. *Ph.* 185.
Ranæ. *F.* 74.
Ranæ duæ sitientes. *F.* 6.
Ranæ Regem postulantes. *Ph.* 42.
Ranæ ad Solem. *Ph.* 164.
Ranæ metuentes Taurorum prælia. *Ph.* 191.
Repente Calvus. *Ph.* 75.
Rubus. 176.

S.

Senex & Mors. *F.* 8.
Serpens. 97.
Serpens & Agricola. 126.
Simia. 29.
Simii Caput. *Ph,* 183.
Simius & Vulpes. *F.* 36.
Simius & Delphus. *F.* 156.
Sus & Canis. *F.* 22.
Sus & Canis. 83.
Sus & Vulpes. 92.

T.

Talpa. 86.
Taurus & Hircus. *Av.* 135.
Taurus & Vitulus. *Ph.* 208.
Testudo & Aquila. 149.
Turdi. *F.* 235.

V.

Vacca, Capella, Ovis & Leo. *Ph.* 168.
Venator & Canis. *Ph.* 210.
Venator meticulosus & Lignator. 105.
Vermis & Vulpes. 33.
Vespertilio & Mustela. *F.* 64.
Vespertilio, Rubus & Mergus. *F.* 70.
Viatores & Latro. *Ph.* 201.
Viatores & Platanus. *Ph.* 145.
Vidua & Ovis. 82.
Vipera & Lima. *Ph.* 87.
Ursus & Vulpes. 95.
Vulpes. *F.* 30.
Vulpes & Uva. *Ph.* 3.
Vulpes ad Personam Tragicam. *Ph.* 11.
Vulpes & Rubus. *F.* 50.
Vulpes & Crocodilus. 55.
Vulpes & Leo. *F.* 61.
Vulpes & Corvus. *Ph.* 68.
Vulpes & Lignator. 81.
Vulpes & Hircus. *Ph.* 108.
Vulpes esuriens. *Hor.* 119.
Vulpes & Erinaceus. *F.* 122.
Vulpes & Lupus. *F.* 233.
Vulpes & Pardus. *Av.* 137.
Vulpes & Aquila. *Ph.* 165.
Vulpes & Ciconia. *Ph.* 195.
Vulpes & Draco. *Ph.* 202.
Vulpes & Simius. *F.* 227.
Vulpes vota mutans. *F.* 219.

FINIS.

6

B. P. L. Bindery.
JAN 22 191